This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.


+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



Digitized by Google

DA
170
.T84

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NICOLAI TRIVETI
ANNALIUM CONTINUATIO;
UT ET
ADAMI MURIMUTHENSIS
CHRONICON,
Cum ejuſdem Continuatione:
QUIBUS ACCEDUNT
JOANNIS BOSTONI
SPECULUM COENOBITARUM,
ET
EDMUNDI BOLTONI HYPERCRITICA.

Omnia nunc primum edidit è Codicibus Manuſcriptis
ANTONIUS HALLIUS, S. T. P.



OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO,
M. DCC. XXII.

Digitized by Google

Imprimatur.

ROB. SHIPPEN,

Vice-Can. *Oxon.*

Aug. 2. 1722.

Digitized by Google

VIRO ORNATISSIMO

JOANNI BRIDGES,

De *Barton* prope *Kettering* in Agro *Northamptonienſi*,

ARMIGERO,

Continuationem *N. Triveti*,

una cum

Adami Murimuthenſis

Hiſtoria ſui temporis,

Grati animi teſtificandi cauſa,

mittit

Ant. Hallius.

165516

Digitized by Google

Digitized by Google

Lectori Benevolo

S. P. D.

ANTONIUS HALLIUS.

HABES *tandem*, *Amice Lector*, Nicolai Triveti *Continuationem, dudum à nobis promiſſam, jam vero ad umbilicum perductam. Eſt auctor, quiſquis demum fuit, ſtribligine ſatis refertus, dignus tamen qui edatur, utpote illorum temporum, de quibus ſcripſerit, æqualis. In eo edendo unico uſi ſumus exemplari MS.* Reginenſi *ſcilicet noſtro, Codice plane egregio.*

2. Adamus *etiam* Murimuthenſis, *qui res ſui temporis diligenter perſecutus eſt, videtur eſſe unus è Continuatoribus* Triveti. *Infelix tamen ideo habendus, quod* Thomas Walſingamius, *plagiarius alibi à nobis caſtigatus, ſcrinia ejus ſtrenue compilando, magnam partem gloriæ, nomini* Murimuthenſi *debitæ, hactenus obſcuravit. Nos* Adamum *&* *nomini ſuo, & famæ reſtituimus. In hiſtoria ejus expolienda tres Codices manu exaratos conſtanter ob oculos habuimus: unum Collegii* Reginenſis *quod* Oxonii *eſt, alterum Collegii* Magdalenenſis *in eadem Academia, tertium vero Viri nobiliſſimi* Georgii Brudenel *Comitis de* Cardigan, *qui*

Digitized by Google

qui quidem Codex ad Monaſterium Rameſienſe *olim pertinuit, ideoque à nobis nonnunquam* Rameſienſis *indigitatur*, *ſæpius vero* Cardiganenſis. *Comes ſupra laudatus, ut eſt optime erga litteras animatus, pro ſumma ſua humanitate me ſui Codicis participem eſſe voluit. quo nomine & amatores hiſtoriæ* Anglicanæ *& meipſum etiam, ſi id adjici patitur, plurimum ſibi devinxit.*

3. *Eodem fere ſcribendi genere, quo uſus eſt ipſe* Murimuthenſis, *utitur etiam illius Continuator. quæ res in cauſa mihi videtur fuiſſe, quod viri doctiſſimi opus Continuatoris ipſi* Murimuthenſi *tribuerint. E Codice* Glaſtonienſi, *quem* Reginenſem *appellitamus, quod in eximia iſtius Collegii Bibliotheca ſervetur, hanc Continuationem eruimus, & jam primum publici juris fecimus. Vixit Continuator* Adami *eo tempore, quo rerum in* Anglia *potiebatur* Richardus *ſecundus.*

4, Joannes Boſtonus, *Monachus eruditus, inter alia reliquit* Catalogum Scriptorum Eccleſiæ. *quem quidem librum, ſi ad manus meas unquam pervenerit, jam pridem eſt, quod edere ſtatuiſſem. Tria ſunt, ad minimum, hujus Operis deſideratiſſimi in* Anglia *exemplaria. utinam exorari poſſent hujus* κειμηλίυ *poſſeſſores, ut id tandem in publicum prodire patiantur. Nos interea aliud ejuſdem Auctoris opuſculum, cum alterum illud nequeamus, typis exſcribendum curavimus. Etſi enim neque ſcriptoris nomen, neque libelli titulum Codex* [1] *noſter aperte nos doceat, ex peroratione tamen opellæ ſubnexa &* [2] Boſtonum *eſſe ſcriptorem, &* [3] *titulum eſſe* Speculum Cœnobitarum, *colligi poſſe certiſſi-*

1 *Reginenſis* ſcilicet. 2 Quidam Monachus de Clauſtro Sancti *Edmundi*. p. 192. 3 Ut *videant* noſtri temporis *Monachi*. ib.

me

Digitized by Google

me exiſtimo. Joannes Balæus *in Centuriis ſuis tradit* Speculum Cœnobitarum, *à* Boſtono *ſcriptum, eſſe in tres libros diviſum. id ſi verum ſit, noſtrum erit fortaſſe* Balæani *epitome. Quod ſi quem moveat* Balæi *auctoritas, cogitet velim* Speculum *etiam noſtrum in tres partes commode poſſe dividi. certe de* [1] *Origine & progreſſu Monachatus non perfunctorie agit, & nonnulla tradit quantivis pretii de ſcriptis Monachorum: adeo ut auctorem hunc dignum omnino cenſeam, qui addatur Bibliothecæ Eccleſiaſticæ* Auberti Miræi, *nuper cum magnis acceſſionibus recuſæ à Viro Cl.* Joanne Alberto Fabricio.

5. *Agmen claudit* Edmundi Boltoni, *viri pereruditi*, [2] *Diſſertatiuncula de Conſcribenda hiſtoria* Anglicana; *brevicula quidem illa, ſed tamen lectu digniſſima. Is eſt* Boltonus, *qui in libro ſuo, cui Titulus* Nero Cæſar, *Hiſtoriam veterum* Britannorum *ſub Imperatoribus* Romanis, *à* Julio Cæſare, *uſque ad internecionem exercitus* Boadiceani, *magno cum judicio perſcripſit. Hiſtoriam etiam* Anglicanam *animo olim agitavit; utinam ad finem feliciter perduxiſſet. Vale.*

---

1 Id quod de *Boſtono* affirmat *J. Balæus.* 2 E Codice *Woodiano* in Muſeo *Aſhmoleano.*

GARFORDIÆ,
in Agro *Bercherienſi*, VIII Calend.
Aug. MDCCXXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

ADAMUS MUREMUTHENSIS.

Joannes Lelandus *de Sciptoribus, p.* 385.

ADAMUS *Muremuthenſis*, Canonicus *Paulinæ* Eccleſiæ, quæ Londini celeberrima eſt, res geſtas apud *Anglos* SUO TEMPORE multa diligentia memoriæ commendabat. & ſi quid erat, de quo dubitabat, id à fideliſſimis quibuſque didicit. Deinde ut erat candidiſſimo pectore, quod longo rerum uſu in cumulum congeſſerat, publicum facere voluit. *Hiſtoriam* igitur ſcripſit ſexaginta annorum, id eſt [1] ab anno Dom. 1320. uſque ad annum 1380. Sed, ut ingenue fatear, munus ſuum multo majori fide, quam elegantia ornavit: quanquam illud fuit plane vitium temporis rectius, quam hominis. Quid de hac [2] noſtra dicendum ætate, quæ elegantiam in hiſtoriis religioſius, quam fidem obſervat. Vixit *Adamus* ſub *Edovardo* tertio & *Richardo* ſecundo.

Joannes Balæus *de Scriptoribus majoris Britanniæ, p.* 488.

[3] ADAMUS *Muremuthenſis*, Canonicus *Paulinæ* eccleſiæ, quæ *Londini* celeberrima eſt, res geſtas apud *Anglos* ſuo tempore factas, multa diligentia memoriæ commendabat. Et, ſi quid erat, inquit *Lelandus*, de quo dubitabat, id à fideliſſimis quibuſque viris, ut clarius ac perfectius proponeret, didicit. Deinde, ut erat candidiſſimo pectore, quod longo rerum uſu in cumulum congeſſerat, publicum facere voluit. Vidit in eccleſiis Cathedralibus deeſſe Chronica: Subinde etiam vidit pauca fuiſſe annotata ab anno Domini 1302, uſque ad annum 1380. Duplicem igitur hiſtoriam ſuper illis annis edidit, cum acceſſione rerum in Romana curia & in Galliis contingentium. Sed, ut ingenue fatear, munus ſuum multo majori fide quam elegantia ornavit. quod plane vitium temporis potius quam hominis fuit. Accipe nunc quæ noſter congeſſit *Adamus*, videlicet

1 Scripſit ab anno 1302 ad annum 1337. reliqua ſunt Continuatoris.
2 *Polydorum Vergilium* notat; & fortaſſe etiam *Paulum Æmilium*.
3 Cenſuram noſtram de *Joanne Balæo*, cum in Præfatione ad *Lelandum* de Scriptoribus, tum in vita ipſius *Lelandi* ſtylo *Lelandiano* à nobis conſcripta, firmant hæc quæ tradit de *Adamo Murimuthenſi*.

Chronicon 40 Annorum. } *Lib.* I. *Quoniam ut ſcribitur per antiquos.*

Chronicon 60 Annorum. *Lib.* I.

Plura, quam hæc, non novimus eſſe ab illo conſcripta opuſcula. Unde primum ejus incipiens ab anno Chriſti 1302, definit in ejus anno 1343: & alterum inchoans in anno Domini 1320, in anno 1380 finit; in quo ipſe claruit ſub *Ricardo* ſecundo.

Joannes Pitſeus *de illuſtribus* Angliæ *Scriptoribus*, *p.* 531.

ADAMUS *Muremuthenſis*, natione *Anglus*, in Eccleſia ad D. *Paulum Londini* Canonicus. Erat Juriſconſultus expertiſſimus, & in tractandis negotiis dexter & expeditus. Miſſus aliquando Romam à *Gualtero Cantuarienſi* Archiepiſcopo cum ampliſſimo procuratorio cauſam illius prudenter egit, & negotium ſibi commiſſum optimo fine concluſit. Studiis tamen juris ſucceſſu temporis poſtpoſitis, ad hiſtorias legendas & ſcribendas animum appulit, calamum accommodavit. Viderat ille in antiquis noſtræ gentis Annalibus, res à majoribus præclare geſtas, & exempla virtutum poſteris utiliſſima. Viderat ætate ſua viros rerum geſtarum gloria præſtantes, quorum facta memorabilia memoriæ tradere ſibi glorioſum, multis fructuoſum fore exiſtimabat: negligere, perire ſinere, incuria ſua periculo ſempiternæ oblivionis exponere, ſibi etiam indecorum putabat. Arrepto itaque calamo ad ſcribendum ſe miro fervore contulit. Et ea quæ ſuo tempore & patrum memoria contigerant, maxima diligentia, fide ſumma, ſtylo ſimplici ſcripſit, compoſuitque hiſtoriam annorum circiter octoginta, quam duobus voluminibus complexus eſt. Omnium pene quæ in poſteriore opere poſuit, teſtis fuit oculatus; eorum vero quæ in priore, fere omnium auritus. Ita tamen, quod probe notat *Lelandus*, ut non niſi à viris fideliſſimis inquireret rerum veritatem, aut acciperet teſtimonium. Cumque illa, quæ ad rem ſuam faciebant, collegiſſet, diſpoſuiſſet, & conſilio cum multis collato diligenter examinaſſet, omnia publica fecit, ut & tunc viventes, & poſteros laborum ſuorum faceret participes, & ætates ſecuturæ exempla virtutum haberent in prædeceſſoribus ſuis, quæ contemplari poſſent ad jucunditatem, imitari ad utilitatem, tranſmittere etiam ad ſuam poſteritatem. Non deſunt qui notant hunc auctorem circa feſtum S. *Michaëlis* Archangeli cœpiſſe hiſtorias ſcribere, & ideo in annorum computatione ſemper annum ab illo feſto inchoaſſe. Hiſtoriam incepit ab anno Domini 1302, cujus priorem partem uſque ad annum

Digitized by Google

1343 produxit, atque ibi ſuum primum librum terminavit. Poſteriorem partem inde inchoavit, ubi priorem finivit, quam uſque ad annum 1380 proſecutus eſt, atque ibi ſecundo libro, totique hiſtoriæ, forſan etiam & vitæ, finem impoſuit. Videtur autem prior illa pars eſſe [1] Continuatio hiſtoriæ *Ranulphi Ceſtrenſis*. Cui titulum iſtum præfixit

Chronicon Annorum quadraginta & unius } *Lib. unum, Quoniam, ut ſcribitur per antiquos.*
Chronicon Annorum triginta novem } *Librum unum.*

Vixit anno partus Virginei 1380, dum in *Anglia* Reipublicæ clavum ægre teneret *Richardus* ſecundus.

JOANNES BOSTONUS.

Joannes Balæus *de Scriptoribus majoris Britanniæ*, *p.* 541.

BOSTONUS *Burienſis*, in magno illo *Sudovolgiorum* comitatus Cœnobio, ad *Eadmundi* Fanum Monachus, omnes ingenii nervos & induſtriam ad id intendebat, ut rem literariam promoveret. Magnis enim laboribus hic Angliam circuivit univerſam, & magna ſedulitate ac diligentia omnes omnium regni monaſteriorum bibliothecas inviſit. Librorum collegit titulos, & authorum eorum nomina: quæ omnia alphabetico diſpoſuit ordine, & quaſi unam omnium bibliothecam fecit. Ipſorum etiam ætates & vitas, cum operum initiis curioſe adjunxit, & in quibus eſſent ea opera invenienda Cœnobiis, Calendarii vice per numeros demonſtravit. Addidit eidem quoque labori, ex *Burcardo Wormacienſi*, *Hugone de S. Victore*, *Caſſiodoro*, *Iſidoro*, *Gratiano*, *Vicentio* & aliis ſcriptoribus multa, de libris & Authoribus tam Authenticis quam Apocryphis. & id opus vocabat

Catalogum ſcriptorum Eccleſiæ } *Lib.* 1. [2] *Omnis divina ſcriptura in duobus.*
Speculum Cœnobitarum } *Lib.* 3. *Primus inſtitutor Monachorum.*
De Rebus ſui Cœnobii. Lib. 1.

Atque alia nonnulla edidit. In primo opere, ſolenniorum *Angliæ* bibliothecarum libros & authores prodit: in ſecundo, prima oſtendit Monachorum initia ac progreſſus. Et claruit anno nati ſervatoris 1410, *Henrico* quarto regnante.

---

1 Mihi potius videtur eſſe Continuatio Annalium *Nicolai Triveti*. 2 Codex *Boſtoni Twiſdenianus* ſic legit: *Omnis ſumma Scripturarum in duobus Teſtamentis continetur.* id quod me docuit V. C. *Joannes Bridges*, antiquitatum atque hiſtoriarum ſpectator elegantiſſimus.

Joannes

Digitized by Google

Joannes Pitſeus *de illuſtribus Angliæ Scriptoribus*, *p.* 593.

BOSTONUS *Burienſis*, i. e. ad ſanctum *Edmundum* in *Suffolcia* Monachus, *Anglus*, Ordinis Benedicti. Vir pius, litteratus, & bonarum litterarum fautor ac promotor ſingularis. Hic multo labore Angliam pene Univerſam peragravit, omnes bibliothecas incredibili diligentia inviſit, libros pervolvit, ſingulorum titulos, & auctorum nomina mira ſedulitate notavit, ordine alphabetico omnia diſpoſuit, & ex omnibus quaſi bibliothecam unam compoſuit, de cujuſque auctoris vita breviter aliquid ſcripſit, tempus quo quiſque floruit adnotavit, initium cujuſque operis adjunxit, in qua bibliotheca quilibet liber inveniretur ſignavit, non omittens cujuſque voluminis ſedem, & ſub quo numero quilibet poneretur, omnia tam accurate, imo tam curioſe, uſque ad minutiora quæque, ut hominis induſtriam ſatis mirari non poſſim. Deinde ex variis auctoribus ſuam, non quidem ex ſe, ſed ex aliis plerumque probatis auctoribus, profert ſententiam, dat cenſuram. Scribit etiam de rebus monaſticis, & de initio, progreſſu, ſucceſſu religioſorum ordinum. Vir breviter de republica litteraria, de ſuo ordine, de natalicio ſolo, de conſervatis plurimis antiquitatis monimentis optime meritus. Nunc catalogum aliquorum operum, quæ ſcripſit, hic ſubjiciamus.

Catalogum Scriptorum Eccleſiæ	}	*Lib.* 1. *Omnis divina ſcriptura in duobus.*
Speculum Cœnobitarum	}	*Lib.* 3. *Primus iuſtitutor Monachorum.*

De rebus ſui Cœnobii, *Librum unum*. & alia quædam. Claruit anno reconciliationis humanæ 1410, dum in *Anglia* rerum potiretur *Henricus* quartus. *

* Multa alia de hiſce Scriptoribus Teſtimonia addere potuiſſem; ſed hæc in præſentiarum ſufficiant.

Digitized by Google

NICOLAI TRIVETI
ANNALIUM
CONTINUATIO.

Explicitur Chronica Nicolai Trivet, *& incipit Continuatio ejuſdem per annos Domini eodem modo diſtincta.*

ISTE EDWARDUS ſuperius nominatus, qui fuerat poſt conquæſtum primus, duxerat duas uxores, primo videlicet *Alianoram* ſororem Regis *Hiſpaniæ*, vivente patre ſuo illuſtri HENRICO Rege *Angliæ*, de quâ quidem genuit tres filios: *Joannem* primogenitum ſuum, *Alphonſum*, & *Edwardum*, qui poſt ejus deceſſum regnavit in *Anglia*; & quinque filias, *Alianoram* ſcilicet, quam dominus *Willielmus* Comes *de Bares* cepit in uxorem, *Joannamque de Acres* quæ ducta eſt *Gilberto de Clare* Comiti *Gloceſtriæ* in uxorem, quæ poſt deceſſum Comitis quendam Bachilarium, nomine dominum *Radulphum de Monbermer*, accepit in maritum; *Margaretam* quoque, quæ deſponſata fuit domino *Joanni*, duci *Brabantiæ*; *Mariamque* quæ habitum ſanctimonialium accepit apud *Ambresbury*, & *Elizabeth* quam Comes *Holandiæ* accepit in uxorem. Quo mortuo dominus *Umfridus de Boun*, Comes *Herfordiæ*, ipſam duxit in uxorem. Secundo duxit in uxorem *Margaretam*, ſororem *Philippi* Regis *Franciæ*, de quâ genuit duos filios, *Thomam* dictum *de Brotheleſton*, & *Edmundum*, & unam filiam nomine *Margaretam*. Poſt deceſſum vero EDWARDI Regis *Angliæ* illuſtris ſucceſſit EDWARDUS filius ejus, cum eſſet viginti trium annorum, X ſeptimanarum, & trium dierum. Prædictus vero illuſtris Rex

Edwardi R. uxores

& liberi.

Edwardus F. Edwardi ſuccedit.

Digitized by Google

Angliæ EDWARDUS anno præterito, videlicet anno DOMINI M.CCC.VI, coëgit quendam Bachilarium, nomine *Petrum de Gaviſtone*, pro nimia familiaritate inter dominum *Edwardum* principem *Walliæ* & ipſum habita, regnum *Angliæ* penitus abjurare, præſentibus domino *Edwardo* principe *Walliæ*, pro quo illud fiebat, Comite etiam *Lincolniæ*, Comite *Herfordiæ*, *Radulpho Monthermer* tunc Comite *Gloeceſtriæ*, domino *Antonio de* [1] *Beeke* patriarcha *Jeroſolymitano*, & ceteris pluribus de Curia. Quos quidem prænominatos jubebat dominus Rex pater, in fidelitate ſibi debita, ſacramentum domini *Petri* antedicti poſt ejus obitum firmiter obſervari fieri. Et ſic dominus *Petrus*, a Curia Regis recedens, *Angliam* exivit. Anno vero obitus Regis EDWARDI, ſcilicet anno domini M.CCC.VII, obiit domina *Joanna de Acres*, Comitiſſa *Gloeceſtriæ*, filia EDWARDI inclyti Regis *Angliæ*. Eodem anno, mortuo illuſtri Rege *Angliæ* EDWARDO patre, EDWARDUS Rex filius ejus prædictum *Petrum de Gaveſtone*, qui vivente patre ut prædictum eſt regnum abjuraverat, obtenta a ſacramento præſtito abſolutione Papali, penitus reconciliavit. Miſſis in continenti poſt eum nuntiis ſollemnibus, & viris *Angliæ* nobilibus, & in adventu ſuo dedit ei quandam inſulam in partibus *Scotiæ* [2] quæ dicitur inſula de *Man*, & Comitatum *Cornubiæ*.

Petr. de Gaveſtone exilium.

Eodem anno, tertio Idus Octobris, tenebatur primum Parliamentum domini Regis apud *Northamptonam*; in quo inter cetera de tribus ſpecialiter tractabatur: Videlicet de moneta EDWARDI Patris ſui, quæ admodum tenebatur in regno vilis poſt ejus deceſſum, de ſepultura Regis defuncti, & de auxilio ſibi faciendo. In quo quidem Parliamento fuerat ordinatum, Regia mediante voluntate, quod dicta moneta in regno ſolito ſuo curreret tempore ſub pœna vitæ & membrorum, Corpus quoque Regium ſexto Kalend. Novembris honorifice, ut tantum decuit Regem, ſepeliretur. Et quinta

Parliamentum.

1 *Beoke* MS. 2 Quod MS.

decima

Digitized by Google

decima Clericorum, Civium, & Burgenſium terræ, ac etiam laicorum viceſima dicto Regi concederetur in ſubſidium. hæc tria prædicta Idibus Octobris brevi hora fuerunt conceſſa & diſpoſita. Item VI Kal. Novembris ſepultus fuit dominus EDWARDUS, Rex Angliæ, apud Weſtmonaſterium, domino *Antonio de Beek* Patriarcha *Jeroſolymitano* exequias celebrante; Miniſtrantibus eidem, in Altaris officio, Epiſcopo Wintonienſi, Epiſcopo Elienſi, Regio ut vulgo dicebatur præcepto. Tertio vero die ſequente tractatum fuit de Maritagio Comitis *Cornubiæ* & ſororis *Gilberti de Clare*, Comitis *Gloeceſtriæ*, deſponſataque fuit dicti Comitis *Gloeceſtriæ* ſoror, & filia *Gilberti de Clare* quondam Comitis *Gloeceſtriæ* & dominæ *Joannæ de Acres*, filiæ Regis *Angliæ*, Comiti *Cornubienſi* die omnium Sanctorum. Eodem anno XIII Kal. Maii obiit Venerabilis pater *Thomas de Bruton*, *Exonienſis* Epiſcopus. Item eodem anno auditum eſt grande tonitruum, & fulgur viſum die Circumciſionis circa horam veſpertinam, quæ longo noctis ſequentis tempore duraverunt. Eodem anno, die Mercurii proxima poſt Epiphaniam DOMINI, capti fuerunt omnes Templarii per totam *Angliam* regio præcepto uno die, propter plurima inhoneſta & enormia, fideique Catholicæ inimica ſuper eiſdem prius per univerſum orbem captis reperta & probata, & in diverſis caſtellis terræ incarcerantur.

Edwardi R. Sepultura.

Templarii incarcerantur.

Circa hos dies EDWARDUS Rex *Angliæ* miſit ſe in mare verſus *Franciam*, ad contrahendum matrimonium cum *Iſabella*, filia Regis *Franciæ*. Et veniens *Boloniam* fecit homagium domino ſuo, Regi *Franciæ*, pro terris *Vaſconiæ* & *Pontini*, IX videlicet Kalendarum Februarii. Item Rex idem EDWARDUS deſponſavit dictam dominam *Iſabellam*, filiam Regis *Franciæ*, VIII Kalendarum Februarii, die videlicet converſionis Sancti *Pauli* apud *Boloniam* ſuper mare. Quibus quidem nuptiis celebrandis interfuerunt quatuor Reges; videlicet, *Philippus* Rex *Franciæ*, Rex *Navariæ* filius Regis *Franciæ*, Rex *Alemanniæ*, & Rex [1] *Siciliæ*,

Edwardi R. Nuptiæ.

[1] *Cicilia* MS.

Digitized by Google

Regina *Franciæ Maria*, mater *Margaretæ* Reginæ *Angliæ*, Regina *Angliæ* domina *Margareta* illuſtris EDWARDI Regis ſponſa, Regina *Navariæ* cum copioſa dictorum regnorum multitudine. Eodem anno VI Kal. Martii, die videlicet Sancti *Matthiæ* Apoſtoli coronantur Dominus EDWARDUS Rex *Angliæ*, & Domina *Iſabella* Regina apud *Weſtmonaſterium* ab Epiſcopo *Wintonienſi*, commiſſione Archiepiſcopi ſpeciali Cantuarienſis, in finibus tranſmarinis per biennium, exceptis ſeptem ſeptimanis, exulantis, propter iram domini Regis EDWARDI nuper defuncti, quam certis de cauſis, ut prædicitur, incurrebat. Cui quidem Coronationi interfuerunt dominus *Carolus* & dominus *Ludovicus de Claro Monte*, fratres Regis *Franciæ*, Dux quoque *Brabantiæ*, Comes *de Fens*, & ceteri magnates utriuſque regni *Franciæ* & *Angliæ*, & *Domicella de Aicois*, miræ pulchritudinis juvencula. Eodem anno dominus Rex reddidit *Gilberto de Clare* terram ſuam, redemptione facta pro tempore minoris ætatis.

Et coronatio.

ANNO gratiæ M.CCC.VIII. orta eſt magna diſcordia inter regem *Angliæ* & Baroniam ſuam pro domino *Petro de Gaveſtone*, cui idem Rex prius dedit Comitatum *Cornubiæ* contra voluntatem magnatum terræ. Idem namque *Petrus*, de imo ad ſummum jam ſubito ſublimatus, factus eſt de Bachilario Comes *Cornubiæ*, & Dominus de *Man*, miro modo & inaudito cœpit ſuperbire; & pro præmiſſis proceres terræ contemnebat infeſtis verbis & minis pompoſis, eos vilipendebat, propter quæ tota *Anglia* ſæpius fere fuerat everſa & deſtructa. In quo quidem afflictu fortes & immobiles & ſtabiles perſeveraverunt Comes *Lincolniæ*, Comes *Glocceſtriæ*, Comes *Herfordiæ*, Comes *de Warwicke*, Comes *de Arundell*, Comes *de Penbrok*, Comes *de Warenne*, multique Baronum & magnatum terræ. Qui convenientes apud novum Templum Londoniis, die Sabbati proxima ante feſtum Sancti *Dunſtani*, ordinaverunt quod prædictus *Petrus de Gaveſtone* abjuraret regnum, & in craſtino nativitatis Sancti *Joannis* Baptiſtæ proximo futuro, ſine ulteriori dilatione, exiret ſine aliquo reditu

P. de Gaveſtone iterum miſſus in exilium.

Digitized by Google

reditu poſteriori. Cui quidem Ordinationi licet invitus, videns ſibi & regno periculum Rex undique imminere, præbuit aſſenſum; & eiſdem inde literas ſuas confecit patentes ſub tenore ſequenti:

EDWARDUS Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ* omnibus & ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in DOMINO ſempiternam. notum vobis facimus per præſentes, quod à modo uſque ad diem dominus *Petrus de Gaveſtone* regnum noſtrum eſt abjuratus & exiturus, videlicet in craſtino Nativitatis Sancti *Joannis* Baptiſtæ proximo ſequenti, Nos in quantum Nobis eſt nihil faciemus, nec aliquid fieri permittemus, per quod exilium dicti domini *Petri* in aliquo poterit impediri vel protelari, quin ſecundum formam a Prælatis Comitibus & Baronibus regni noſtri ordinatam, & per nos libero conſenſu confirmatam plenarie perficiatur. In cujus rei teſtimonium has litteras Noſtras fieri fecimus patentes. Data apud *Weſtmonaſterium* XVIII die Maii Anno regni Noſtri primo.

Iſtæ litteræ probatæ fuerunt & lectæ in audientia & in præſentia omnium Magnatum *Angliæ*, die & anno ſupradictis. Eodem etiam tempore Archiepiſcopus *Cantuarienſis* cum aliis co-epiſcopis, & Eccleſiæ Sanctæ Prælatis, in prædictum Dominum *Petrum*, ſi ultra præfixum diem in *Anglia* commoraretur, & in omnes illos & ſingulos qui ex tunc vel ante ipſum conſuluerint, coadjuvaverint, ſuſtentaverint, receptaverint, ſeu etiam aliquo favore conſenſu vel procuratione eidem adhæſerint, vel ei quicquam fecerint per quod ipſius paſſagium poterit impediri, excommunicationis ſententiam terribiliter fulminarunt; ſuperaddentes, quod ſi ipſum *Petrum* aliquo tempore in *Angliam* redire contigerit, cum omnibus ſuis coadjutoribus, conſultoribus, & fautoribus quibuſcunque, ſibi in aliquo articulo ſuperius notato adhærentibus, ſententiam excommunicationis incurrat eandem. videns igitur *Petrus* ſeipſum in *Anglia* diutius pacifice commorare non poſſe, tum propter ſententiam contra ipſum latam, tum propter timorem Baronum ipſum conſtanter perſequentium, *Briſtollum* tandem ſe tranſtulit,

lit, & ibidem navem aſcendens in [1] *Hiberniam* transfretavit.

Archiepiſcopus *Cant.* ab exilio revocatur.

Eodem anno mortuo, ut prædictum eſt, illuſtri Rege EDWARDO, Dominus *Clemens* Papa ſollemnes nuncios EDWARDO filio ſuo Regi *Angliæ* tranſmiſit, quærens ab eo utrum paternam cauſam contra Archiepiſcopum *Cantuarienſem* ſuper certis articulis jam prolatam, & in curia Romana adhuc pendentem, ducere velit in executionem. Cui Rex tale præbuit reſponſum, quod penes illum Archiepiſcopum nullum ſcivit neque voluit criminis ponere titulum, ſed tanquam ſanctum Patrem bonum & legitimum paſtorem ipſum diligebat, quem potius in ſuo ovili proprium viſitando gregem maluit videre, quam in partibus tranſmarinis exilio diutius ſubjacere. Quod cum domino Papæ fuerat notificatum, dictum Archiepiſcopum coram ſe citari fecit peremptorie, diſpenſans cum eo miſericorditer, reſtitutis ſibi medio tempore perceptis per Magiſtrum *Willielmum Teſta*, Procuratorem in *Anglia* generalem. Quo videlicet Archiepiſcopo pedibus domini Papæ provoluto, prout moris eſt, quidam Cardinalium, de ordine videlicet Prædicatorum, ei laudabat plus ſolito Fratres honorare. Cui fertur dediſſe tale reſponſum: per Sanctum *Thomam* ego diligam unumquemque, ſicut ipſe meruerit; ad quod dictum paululum, ut dicebatur, ſubridens dominus Papa dixit aſtantibus: Ecce magnam conſtantiam viri; ſicque, ut prædicitur, diſpenſavit cum eo. Quo peracto dicebat Archiepiſcopus, gratias agens domino Papæ, Benedictus Deus & Pater Domini noſtri JESU CHRISTI, pater miſericordiarum, & Dominus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra; & benedictus ejus Vicarius, qui ita miſericorditer egit nobiſcum. ſicque oſculatis domini Papæ pedibus, & accepta benedictione, receſſit à Curia *Angliam* petiturus. Qui cito poſt Calendas Aprilis, die Dominica videlicet in paſſione, apud *Doveriam* applicuit, & cum magno gaudio à Clero & populo, ſicut tantum de-

1 Hyberniam MS.

cuit

Digitized by Google

enit Patrem, honorifice ſuſceptus, in pace vivens & requie.

Eodem anno XVII Kal. Octobris facta eſt eclipſis ſolis circa horam veſpertinam. Eodem anno in vigilia Apoſtolorum *Simonis* & *Judæ* auditum eſt grande tonitruum, & fulgur viſum cum grandine, circa horam ignitegii. Tertio Idus Decembris obiit dominus *Walterus de Haſelſchawe*, *Bathonienſis* & *Wellenſis* Epiſcopus, & ſepultus eſt apud *Welles* die Dominica ſequente, videlicet VIII Kal. Januarii cum ſediſſet annis ſex. Poſt cujus deceſſum nonis Februarii, videlicet die *S. Agathæ*, electus eſt in Epiſcopum ejuſdem Diocèſis Dominus *Joannes de Droklesford* apud *Bathoniam*, ſubtheſaurarius domini Regis. Eclipſis ſolis.

ANNO gratiæ M.CCC.IX, quarto nonas Septembris die Martis, videlicet in craſtino Sancti *Ægidii* Abbatis, ſero paulo ante horam ignitegii, viſum eſt horribile fulgur & inauditum, quod quidem fulgur duravit mirabiliter fere per totam noctem ſequentem, cum magnis crebriſque tonitrui ictibus circa mediam noctem inſequentibus; ita quod ſepes plures, & arbores in pleriſque locis æſtu fulguris viriditatem penitus amiſerunt & decorem; Eadem hora eccleſia de *Middletoun* in Comitatu *Dorſetiæ*, *Sarum* Dioceſis, cum clocherio & campanis; ornamenta quoque ejuſdem eccleſiæ, libri & munimenta monachorum dicti loci eodem fulgure, conventu ad matutinas aſtante, penitus combuſta ſunt & deſtructa. Pridie nonas ejuſdem ortus eſt ventus validiſſimus, quo arbores innumerabiles proſtrantur & fructus. Et campanile de *Modeford* & *Gevelton* ad terram ſimiliter ceciderunt. Eodem anno XVI Kal. Februarii tanta fuit inundatio aquarum undique poſt ingentiſſimum gelu, quod fuit eodem tempore, qualis non fuit viſa multis annis antea, prout veteres homines retulerunt. Ita quod in eccleſia Cathedrali *Sarum* aqua illa Regum pedes, qui ad [1] oſtium chori occidentale aſtant, attingebat; unde per duos dies non cantabatur miſſa in eadem. Eodem

Tonitru inauditum. Ventus validiſſimus.

1 Hoſtium MS.

Digitized by Google

Solis Eclipſis.

dem tempore pridie Kal. Februarii viſa eſt ſolis eclipſis circa horam nonam, quæ fere duravit per duas [1] leucas. Eodem anno Idibus Maii dominus *Joannes de Drokelesford*, *Bathonienſis* & *Wellenſis* epiſcopus, apud *Lambhuthe* fuit confirmatus: Et eodem anno V Idus Novembris apud *Cantuariam* fuit conſecratus.

ANNO gratiæ M. CCC. X. pridie nonas Maii, die videlicet Sancti *Joannis ante Portam Latinam*, dominus *Henricus de Laci*, Comes *Lincolniæ*, duxit in uxorem *Joannam*, filiam domini *Willielmi Martin* & *Alianoræ* uxoris ejus. Eodem anno nonis Junii combuſti ſunt in Civitate *Pariſienſi*, judicio domini Regis *Philippi Franciæ*, LIV Templarii. Eodem anno tanta erat parcitas frumenti, tantaque cariſtia avenarum in æſtate, quod ſumma frumenti pro XII ſolidis, ſumma avenarum pro IV ſolidis VIII denariis vendebatur. Hoc etiam anno dominus Rex fecit [2] ſummonere totum ſervitium ſuum uſque *Scotiam*, quod forent apud *Berewyk* ſuper *Twede*, in feſto Nativitatis Sanctæ *Mariæ* Virginis, ſine ulteriori dilatione. Eodem anno dominus *Hugo le Spencer*, Juſticiarius foreſtæ citra *Trentam*, cœpit videre foreſtas in Comitatibus *Dorſetæ*, *Somerſetæ* & *Wilteſchiræ* conſtitutas, inquiſitiones ſuper earundem malefactoribus accipiendo, prout Aſſiſa Foreſtæ exigit. Et apud *Upton-Burnel*, die Sancti *Edmundi* Regis, tenuit inquiſitiones de Foreſta de *Selewode*. Eodem anno Dominus *Henricus de Lacy*, Comes *Lincolniæ*, diem clauſit extremum, qui fuerat cuſtos *Angliæ* conſtitutus, Rege in *Scotia* commorante. Dominus *de Drokenesford* [3] inſtallatur apud *Bathoniam*.

Templarii LIV combuſti.

Inquiſitiones de Foreſtis.

ANNO gratiæ M.CCC.XI. Kal. Octobris, ſub Papa *Clemente* V, celebratum fuit magnum Concilium apud *Viennam*; in quo ordo Templariorum penitus extitit damnatus: & ante illud concilium per univerſum orbem generaliter fuit divulgatum, quod omnes & ſinguli Religioſi exempti ad jus tranſirent commune; unde ſolus ordo *Ciſtercienſis* dominum Papam ante Concilii

Concilium *Viennenſe*.

1 *Forte*, horas. 2 Somonere MS. 3 Inſtillatur MS.

celebra-

Digitized by Google

celebrationem adiit pro exemptione ſua priſtina in pace obtinenda. Quod donando obtinuit. Item in iſto Concilio petita fuit decima ſex annalis in ſubſidium *Terræ Sanctæ* ac etiam conceſſa, ſucceſſiviſque annis ſoluta. Rex *Angliæ* rediit de *Scotia Londonias*, parliamentum ſuum tenturus, in quo ordinatum fuit perpetuum exilium *Petri de* [1] *Gaveſtone*.

Parliamentum *London.*

ANNO gratiæ M.CCC.XII. in feſto ſanctorum *Gervaſii* & *Prothaſii* martyrum, decollatus eſt *Petrus de Gaveſtone*, Comes *Cornubiæ*, à duobus leucis de *Warwyk*, in loco qui dicitur *la Blakelowe*, ut regis & regni ſui proditor, exiſtentibus ibidem infra ſcriptis Comitibus; *Lancaſtriæ* videlicet, *Herefordiæ*, & *Warwyk* cum aliis quam plurimis ejuſdem regni magnatibus. Ob cujus decollationem, contra Regis voluntatem factam, multa incommoda longe poſt dicto regno emerſerunt, diſcordiaque magna inter Regem & Baroniam ſuam fuit exorta. Eodem anno frater *Arnaldus*, tituli ſanctæ *Priſcæ* virginis Presbyter Cardinalis, Ordinis *Ciſtercienſis*, domini Papæ legatus venit *Londonium*, circa feſtum decollationis Sancti *Joannis* Baptiſtæ ſeptem Epiſcopis cum turba cleri & populi non modica ſibi occurrentibus, & traxit moram in *Anglia* per annum integrum & amplius, amplam à Clero percipiens procurationem. Eodem anno die lunæ in feſto Sancti *Bricii* Epiſcopi Domina *Iſabella*, illuſtris Regina Angliæ, filium ſuum peperit primogenitum, *Edwardum* nomine, apud *Windeloſore*.[2] Eodem die Jovis in craſtino [3] Sanctæ *Luciæ* Eclipſis Lunæ incepit in crepuſculo noctis, & duravit per ſpatium trium horarum & amplius, per æſtimationem quorundam aſpicientium, quæ inde ſic fiebat. In initio uſque Aquilonem viſa eſt quaſi carnei coloris uſque ad ejus totalem exinanitionem, aere interim claro & ſubtili exiſtente, & in fine ſimiliter verſus Aquilonem dealbari cœpit quouſque ad ſtatum priſtinum. Eodem anno natus eſt *Joannes de Clare*, filius comitis *Gloceſtriæ*, apud *Kerdiff* in craſtino Paſchæ Kal. Aprilis, ac etiam die

Petrus Gaveſtonus decollatur.

Edwardus F. *Edwardi* naſcitur.

Eclipſis Lunæ.

1 *Polydorus Vergilius Petrum* noſtrum *Ganeſtonum* appellat. 2 *L.* eodem *anno*, die—. 3 Sancti *Luciæ* MS. ac ſi legendum eſſet, Sancti *Lucæ*. Sed ratio motus lunaris obſtat.

Digitized by Google

decimo ſequente ab Epiſcopo *Landavenſi* baptizatus. Cujus compater principalis fuit Dominus *Joannes de Drokenesford*, Epiſcopus *Bathonienſis*. interfuerunt pariter Regis *Angliæ* Fratres, Domini videlicet *Thomas* & *Edmundus*, ſeptem quoque Abbates & alii magnatum quam plurimi.

Rob de Winchelſea A. Cant. obiit.

ANNO gratiæ M.CCC.XIII, Quinto Idus Maii, in craſtino *Gordiani* & *Epimachi* Martyrum, obiit venerabilis pater magiſter *Robertus de Winchelſea*, Archiepiſcopus *Cantuarienſis*, cum ſediſſet annis novemdecim, qui ſtrenue ſuo tempore eccleſiam rexit ſibi commiſſam: poſt cujus deceſſum X Kal. Junii electus eſt magiſter *Cobham* in Archiepiſcopum *Cantuarienſem* futurum, ſacræ Theologiæ profeſſor peritiſſimus, & per *Romanam* Curiam demum quaſſatus. Eiſdem die & anno dominus Rex & Regina *Angliæ* miſerunt ſe in mare verſus *Pariſios* cum multis terræ nobilibus Domino *Joanne de Drokenesford*, *Bathonienſi* & *Wellenſi* Epiſcopo, per commiſſionem regiam ejuſdem regni Cuſtode interim exiſtente, qui interfuerunt [1] *Pariſius* Coronationi Domini *Philippi* filii Regis *Franciæ* in Regem *Navariæ* ibidem creati, die Pentecoſtes. Circa idem tempus porrectum fuit decretum electionis *Cantuarienſis* Magiſtro *Thomæ de Cobeham*, tunc [2] *Pariſius* in Theologia Regenti, per monachos *Cantuarienſis* eccleſiæ, ad hoc ſpecialiter miſſos, caritatis intuitu eum rogantes, ut electioni de ſe rite & canonice facto conſentiret. Qui licet multum renitens, ſeque indignum & inhabilem tanto ac tali honore proteſtans, tandem precibus eorum devictus ſpiritualibus qualem decuit humiliter præbuit aſſenſum. Sed interim quo ignorabatur præſagio dominus *Walterus Renald*, Præſul *Wigorum*, *Cantuarienſem* Archiepiſcopatum per ſummum pontificem ſubito adeptus eſt. Eodem Anno pax reformata eſt & concordia, ut ſæpe fiebat antea & poſtea, inter dominum Regem *Angliæ* & illum famoſum & nobilem Comitem *Lancaſtriæ*, ceteroſque complices ſuos Comites & Barones, quos prius idem Rex

Walterus Renaldus Arc. Cant.

1 L. *Pariſiis*, MS. ſemper fere *Pariſius*. quæ quidem Lectio frequens etiam in aliis Codicibus, ſed minime probanda. 2 *Pariſiis*.

odio

odio habuerat ob mortem domini *Petri de Gaveſtone* prædicti. Eodemque anno Rex *Anglorum* paucorum fretus conſilio, tranſivit mare fere latenter circa feſtum beati *Andreæ*, & rediit *Londonium* tertio die ante Nativitatem DOMINI, in quo quidem tranſitu terra Templariorum conceſſa fuit Hoſpitulariis ſub colore quodam, per Ordinationem domini Papæ, Regum *Francorum* & *Anglorum* aſſenſu, Regi *Navariæ* in ſubſidium *Terræ Sanctæ* poſtea aſſignanda. Eodem anno dictus *Walterus Renald*, quondam Epiſcopus [1] *Wigorum*, inthronizatus fuit in ſedem *Cantuarienſem*, auctoritate ut prædicitur *Romana*, in quinquageſima, videlicet XIII. Kal. Martii. Cui quidem inthronizationi Dominus Rex & Regina; Epiſcopi quoque *Wintonienſis* & *Bathonienſis*, *Norwicenſis* & *Wigornienſis*, nomine Magiſter *de Maydeneſtone*, per ceſſionem dicti Archiepiſcopi conſecratus, qui & pallium Archiepiſcopi memorati ſecum tulit de Curia *Romana*; item Comites videlicet de *Gloceſtria*, *Herefordia* & *Penbrokiæ* cum aliis Regni magnatibus unanimiter interfuerunt. Eodem anno circa nativitatem beati *Joannis Baptiſtæ* crevit diſcordia magna inter Burgenſes *Briſtolliæ*, ob quam Rex miſit Juſtitiarios ſuos ibidem, procuratione ut dicebatur Domini *Bartholomæi de Bateleſmere*, committens eiſdem poteſtatem audiendi & terminandi litem & diſcordiam quamcunque, quovis modo inter ipſos initam. Quibus, ut moris eſt, in communi Curia *Briſtolliæ* aſſidentibus ſubitanea & alterna ipſorum ibidem occiſio, proh dolor! eſt ſubſecuta.

ANNO gratiæ, M. CCC. XIV. V Idus Aprilis obiit *Clemens* Papa, cum ſediſſet annis IX, qui nuſquam ſuo tempore *Romanam* viſitavit Eccleſiam. Iſte *Clemens*, anno Pontificatus ſui tertio, *Terræ Sanctæ* ſtatui miſerabili affectu condolens paterno, cernenſque illum maledictionis perpetuæ Alumnum Babylonicum contra fonte baptiſmatis renatos ſub ſuæ perſecutionis rabie ineffabiliter debacchari, *Tripolitanam* & *Aconienſem* civitates, aliaque loca ſollemnia in ſuis incolis in

Clemens V Papa moritur.

1 Pro *Wigornienſium*. *Wygorum* & *Wygornienſis* MS.

 deſpectum

Digitized by Google

deſpectum Crucifixi funditus deſtruendo, Regi *Franciæ Philippo* nec non *Armeniæ* & *Cypri* Regibus id jugiter poſtulantibus, pie tandem in auxilium paſſagii generalis poſt quinquennium ſecuturum, Deo duce faciendum indulgentiam conceſſit quinquennalem ſub articulis qui ſequuntur. Imprimis quod Hoſpitalarii Sancti *Joannis Jeroſolymitani*, ac etiam Magiſter militiæ Templi, antequam capeſſetur, cum certo numero equitum & peditum armatorum una cum ſecularibus prudentibus viris, Statum Terræ prædictæ non ignorantibus, ingreſſum *Terræ Sanctæ* pariter & egreſſum viriliter cuſtodirent, ne per aliquos crucis CHRISTI inimicos *Saracenis* ſeu Paganis merces vel victualia per prædictum terminum poſſent adduci vel afferri, pontes & vias ad generale paſſagium facilius expediendum pro viribus reparando. Item quod Archiepiſcopi omnes & ſinguli in ſuis provinciis exponerent hujuſmodi indulgentiam ceteris ſuæ provinciæ coepiſcopis omnibus, ita quod quilibet eorum injungeret Curatis ſuis omnibus & ſingulis, quod diebus ſollemnibus in pronuntiatione verbi Dei ac etiam in confeſſionibus, moverent Parochianos ſuos ad dictæ *Terræ Sanctæ* ſubſidium, eiſdem dictam indulgentiam diſtincte & aperte proponendo. Quod ut libentius facerent omnibus talia exhortantibus, contritis tamen & confeſſis diebus exhortationis ſuæ ſingulis, unum annum de injunctis ſibi pœnitentiis misericorditer relaxavit. Item omnibus vere pœnitentibus & confeſſis viris & mulieribus, cujuſcumque fuerint conditionis, in perſonis propriis tranſfretare non intendentibus, qui tantum de bonis ſuis in ſubſidium *Terræ Sanctæ* contulerint, quantum per unum annum ipſi forent expenſuri plenum, aliiſque inſuper qui medietatem tanti eidem exhibuerint, conceſſit veniam omnium peccatorum. Illos vero qui vel majus vel minus contulerint, juxta ſubſidii quantitatem, & devotionis affectum, remiſſionis participes eſſe voluit antedictæ. Subvenientibus die Paraſcevæ pro eodem paſſagio XXIV quadrantes, XXIV annorum contulit indulgentiam. Ceteris vero anni diebus Veneris XII denarios vel valorem conferentes XII annos induſit,

Magna Indulgentia.

induſſit, reliquis quoque hebdomadæ diebus omnibus ſex denarios vel valorem conferentibus VI annorum indulgentiam obtinerent. Qui vero obolum, quadrantem, vel minus dederint, cum plus dare nequiverint, juxta quantitatem ſubſidii in devotionis affectum, eandem indulgentiam conſequerentur. Conceſſit etiam quod durante hujuſmodi quinquennium gratia, ut qui in ſubſidium Terræ ſupra dictæ tantum uno die dederint, quantum ſingulariter diebus darent prædictis, ſecundum majus vel minus eadem ſingulariter qua diebus ſingulis indulgentia gauderent peccatorum. Indulſit etiam quod licet rectores ad regimen eccleſiarum parochianarum aſſumpti, juxta prædeceſſorum ſuorum ſanctiones infra annum ſuſcepti regiminis, dum tamen ſtudio non vacarent, ad ordinem Presbyteratus promoveri tenerentur, dum tamen iidem rectores, dicto durante quinquennio, fructus unius anni Eccleſiarum ſuarum ad ſubſidium conferrent memoratum, à tempore hujuſmodi ſuſcepti regiminis uſque ad quinque annorum terminum, [1] qualibet contraria conſtitutione non obſtante, ad Ordinem ſupra dictum promoveri nec ad ejuſdem compulſionem deberi, ſed per Dioceſanos ſuos cum eis fore diſpenſandi, ordine tamen Diaconatus ſuſcepto. Inſuper injunxit omnibus Prælatis & ſingulis, ceteriſque aliis in ſacerdotio conſtitutis, quod devotis mentibus contra Paganorum perfidiam [2] ſpecialem in miſſis ſuis cum *Secreta* ſua & *Poſtcommunione* dicerent orationem in ſuo mandato contentam. Et ut perſonis Eccleſiaſticis uberius provideret, Dioceſanis ſuis diſpenſandi cum eis, qui cum à Canone vel ab homine latam excommunicationis ſententiam incurriſſent, prius irregularitatis notam ſeu per dictum quinquennium ſe immiſcendo divinis contraxerint, dummodo de bonis ſuis ad ſubſidium paſſagii memorati tantum contulerint, quantum circa diſpenſationem ſuam impetrandam in eundo & redeundo ad Curiam *Romanam* expenderent, niſi forte in Epiſcopos vel Abbates, ſeu ceteros Prælatos inferiores, manus temere injecerint vio-

1 Locus hic in mendo cubat. ſed mens auctoris minime obſcura. 2 *Vel*, Spiritualem.

lentas,

lentas, plenam dicti mandati auctoritate conceſſit facultatem. Omnibus & ſingulis inſuper tam Clericis quam laicis, cujuſcunque dignitatis præeminentiæ ordinis conditionis aut ſtatus exſtiterunt, ſub interminatione maledictionis æternæ in dicto mandato diſtrictius inhibuit, ne vel quempiam volentem quovis ſubſidio in dicto paſſagio eiſdem Magiſtro & fratribus exhiberi, ab hujuſmodi voluntate retrahere vel in quodvis aliud etiam pium opus commutare, quo minus hujuſmodi largiretur ſubſidium verbo vel opere præſumerent impedire. Siquis vero contra hujuſmodi ſuam inhibitionem attentare præſumpſiſſet, *Petri* & *Pauli* indignationem & ſuam maledictionem incurrent, à qua nullum abſolvi voluit, præterquam in mortis articulo, quouſque duplum exhibuerit ejuſdem ſubſidii, quod per impedimenti præſtationem hujuſmodi dictæ Terræ ſubſtractum exſtiterit ſe noviſſet incurſurum.

Eodem Anno circa Pentecoſten dominus EDWARDUS, Rex *Anglorum*, paucorum fretus conſilio, durante ſemper & in dies creſcente inter ipſum Regem & Baroniam ſuam diſcordia, ob mortem Domini *Petri de Gavaſtone* nuper, ut præmittitur, interfecti inita cum ſuis ſequacibus contra Ordinationem & aſſenſum & voluntatem ceterorum terræ *Anglicanæ* nobilium, *Scotiam* cum magno adiit impetu, Quem dominus *Robertus de Brus*, qui ſe fecit Regem *Scottorum* una cum ſecta ſua *Scotica* die Sancti *Joannis* Baptiſtæ apud *Strivelin* viriliter & miſerabiliter repulit; interfectis miſerabiliter ibidem Domino *Gilberto de Clare*, Comite *Gloeceſtriæ*, *Roberto de Clifford*, *Pagano Typetot*, *Willielmo le Mareſchall*, *Joanne Comyn*, *Willielmo de Veſcey*, *Joanne de Monteforti*, *Nicolao de Haſtelegh*, *Willielmo Danycourt*, *Ægidio de Argenteym*, *Edmundo Comyn*, *Joanne Lovel* divite, *Edmundo de Haſtynge*, *Milone de Stapleton*, *Simone Ward*, *Roberto de Felton*, *Michaele Poinynge*, *Edmundo Maulee*, Seneſcallo Angliæ, Baronibus & Banerettis item *Henrico de Boun*, *Thoma de Ufford*, *Joanne de Elſingfelde*, *Joanne de Harecourt*, *Waltero de Hakelut*, *Philippo de Courtenay*, *Hugone de Scales*, *Radulpho de*

Beau-

Digitized by Google

Beauchamp, *Joanne de Penbrigge* Militibus, una cum XXXIII aliis ordinis ejuſdem. Capti quoque & detenti ſunt ibidem per *Scottos* Dominus *Henricus de Boun*, Comes *Herfordiæ*, & Comes *de Anagos*, Dominus *Joannes Giffard*, *Willielmus le Latemer*, *Mauricius de Bekelegh*, *Ingermanus de Umfroynule*, *Marmaducus de Tewge*, *Joannes de Wyletone*, *Robertus de Maulee*, *Henricus Filius Hugonis*, *Thomas de Gray*, *Walterus de Beauchamp*, *Richardus de Charonis*, *Joannes de Wevalmtoun*, *Robertus de Nevil*, *Joannes de Segrave*, *Gilbertus Pecche*, *Joannes de Clavering*, *Antonius de Luſey*, *Radulphus de Camys*, *Joannes de Evere* & *Andreas de Abrembyn* Barones & Baneretti. Milites inſuper ſubſcripti capti & detenti ibidem fuerunt; videlicet Dominus *Thomas de Berkeleghe*, filius *Rogeri Tyrel*, *Anſelmus de Mareſchal*, *Ægidius de Beauchamp*, *Joannes Cyfrewaſt*, *Joannes Bluwet*, *Rogerus Corbet*, *Gilbertus de Boun*, *Bartholomæus de Eneſeld*, *Thomas de Ferers*, *Radulphus* & *Thomas Butetrort*, *Joannes* & *Nicolaus de Kingeſtone* fratres, *Willielmus Lovel*, *Henricus de Wiletoun*, *Baldewinus de Frevile*, *Joannes de* [1] *Clivedone*, *Adomarus la Souche*, *Joannes de Merewode*, *Joannes Mauſe*, *Thomas* & *Odo Lele* [2] *Ercedekene*, *Robertus Beaupel* filius, *Joannes* [3] *Mantravers* filius, *Willielmus* & *Willielmus Giffard* cum aliis XXXIV ordinis Militaris. Et eſt ſumma Baronum & Banerettorum una cum Comite *Gloeceſtriæ* ibidem interfectorum XLII. ſumma vero Comitum Baronum & Banerettorum ibidem captorum & in cuſtodia *Scottorum* detentorum XXII, Militum quoque LXVIII, Clerici quoque & Scutiferi plures ibidem fuerunt occiſi & capti. De quibus & Dominus *Rogerus de Northburge*, Cuſtos Domini Regis *Targiæ* ab eo ibidem ablatæ, una cum Dominis *Rogero de Wikenfelde*, & *Thoma de Switone*, dicti domini *Rogeri* Cleticis, pariter detinebantur ibidem. ob quod dominus Rex cito poſtea fieri fecit ſigillum, volens illud *Privatum Sigillum* appellari, ad differentiam *Targiæ* ſic ut præmittitur ablatæ. Et eſt ſumma

1 F. *Clinden*. 2 Sic. 3 F. *Mautravers*.

Digitized by Google

ma totalis tam Comitum Baronum & Banerettorum, quam Militum interfectorum & captorum ſeu detentorum ibidem, una cum tribus Clericis prænominatis, CLIV.

Eodem autem anno, longe poſt miſerabilem conflictum præfatum, Dominus *Humfridus de Bown* Comes *Herfordiæ*, vinculis *Scottorum* ut prædicitur detentus, ſolutus fuit ab eiſdem & Domino Regi *Angliæ* miſſus permutatione facta pro Comitiſſa *de Karrok* domini *Roberti de Brus* uxore, quæ capta fuit in prælio de *Faukirke*, & in Cuſtodia domini Regis *Angliæ*, fere per ſex annos, apud *Schireburne*, *Scheftesbury*, & *Berkman* detenta; ceteris in cuſtodia *Scottorum* detentis, donec per redemptiones graviſſimas pene omnes liberarentur. Corpus autem nobilis viri Comitis *Gloeceſtriæ* per quendam fratrem Ordinis Minorum precibus à Domino *Roberto de Brus* impetratur, & apud *Teukysbury* tandem eſt delatum, ac modo debito juxta anteceſſores ſuos honorifice tumulatum; qui tamen de ſuo corpore nullum reliquit heredem, ſcuto, proh dolor! Comitatus ſive Honoris ejuſdem, quod retro actis temporibus à nullo viventium viſum fuerat, ſive auditum, ſine ſpe remeandi miſerabiliter proſtrato.

Circa hæc tempora nobilis vir *Radulphus de Monte Hermeri*, cum ceteris *Angliæ* nobilibus in *Scotia* detentus, gratiam in oculis *Scottorum*, ratione cujuſdam familiaritatis cum Rege ipſorum quondam in Curia Regis *Angliæ* habitæ, caſu fortuito reperiens, redemptioneque ſua gratioſe ſibi perdonata in *Angliam* rediit, & Targiam Domini Regis, modo quo præmittitur à Cuſtode ejuſdem per *Scottos* ablatam, ſecum [1] reportavit; uſu ipſius, ratione prævia, nihilominus ex toto interdicto. Rex cepit viceſimam partem bonorum Laicorum.

Annus pluvioſus.

ANNO Gratiæ M. CCC. XV. annus extitit valde pluvioſus tam in æſtate quam in hieme, ita videlicet quod omnia fœna & blada in profundis ſive baſſis ter-

1 Uſu ipſius reportavit. T. W. Vid. etiam *Hypodigm. Neuſtr.*

ris,

Digitized by Google

ris, vel pratis, per totum regnum undecunque exiſtentia per valles & mariſcos, perdita fuerunt pro majori parte pariter & ſubmerſa; ob quod mortalitas hominum ceterorumque animalium, bladi cariſtia, ſalis defectus immenſus, & parcitas victualium fuit ſubſecuta, & vendebatur bucellus ſalis communiter pro II ſolidis & VI denariis, quod noſtris temporibus fuerat inauditum.

Archiepiſcopus *Cantuarienſis* celebravit concilium ſuum apud *Lincolniam*, in craſtino converſionis Sancti *Pauli*. Rex quoque tenuit Tractatum ſuum ibidem, & dicebatur vulgo quod tanta fuit ibi bladi parcitas & cariſtia, quod quarterium frumenti vendebatur pro XL ſolidis ſterlingorum, unde pauperes penitus pro defectu victus moriebantur. Iſte annus miſerabilis fuit, quaſi prodigium & ſignum magnum in populo, ita ut illud evangelicum quodammodo impleretur quod dicit: *Surget gens contra gentem & regnum contra regnum, & erunt peſtilentiæ & fames per loca.* Nam multa bella emerſerunt ſubito per omnes terras; *Franci* enim inſurrexerunt contra *Flandrenſes*, *Scotti* contra *Anglicos Hibernenſes* & *Wallenſes*, quorum ſcilicet *Wallenſium Lewelinus Bren* fuit capitalis, qui multas villas combuſſit, & *Anglicos* interfecit. Contra quem Rex miſit milites de fortioribus cameræ ſuæ & ipſum *Bren* cum duobus filiis ſuis captum, & in vinculis detentum, ceteriſque complicibus expugnatis Regi *Londonium* deſtinaverunt. Eodem anno obiit nobilis vir Dominus *Robertus Filius Pagani* apud *Schireburne*, [&] magno ſepultus eſt ibidem cum honore.

Concilium Lincolnienſe.

Lewelinus Bren.

ANNO gratiæ M. CCC. XVI. epiſcopus *Avenniomiæ*, vir valde diſcretus & juſtus, electus eſt in papam apud *Lugdunum*, poſt mortem *Clementis* papæ, cum ſedes papalis vacaſſet II annis IV menſibus & V diebus octavo Idus Auguſti, & vocatus eſt *Joannes* XXII, ac etiam in feſto Sancti *Michaelis* proximo ſequente apud *Avennioniam* coronatus.

Joannes papa XXII.

Iſabella Regina peperit filium ſuum ſecundo genitum apud *Eltham*, & vocatus eſt *Joannes* die aſſumptionis

Digitized by Google

beatæ *Mariæ*. Annus iſte præcedenti miſerabilior omnibus bonis vacuatus, & ineffabili miſeria repletus ſic continuatur in pluviis fulminibus & tempeſtatibus, quod terra præ aquarum nimietate, quantumcunque bene ſeminata, fructum ſuum dare non potuit, maxime in imo ſolo ut in vallibus & mariſcis, unde contigit quod toto anno integro tanta fuit hominum undecunque mortalitas, quod in magnis civitatibus, burgis, & villatis, ſacerdotes æque tam poſt horam nonam quam ante, defunctorum ſepulturis intenderent, ac etiam præ multitudine in civitate *Londonienſi* & alibi pauperum utriuſque ſexus decedentium plures homines in una foſſata ſepelirentur; per quod timebatur ſubito, conjecturis probabilibus & ſignis manifeſtis, ſententiam illam in Geneſi ſcriptam accidiſſe: *Pœnitet me feciſſe hominem*, & *delebo hominem ſuper terram*. Et ut uberius genus humanum vexaretur, boves ſic moriebantur, quod vix videretur in profundis maxime terris una Carucata boum fortium proceſſu anni qua terra poſſet verti; ob quem defectum equis ligonibus & beſtiis, pluribus in locis, terram ſemen ſuum ſuſcepturam vertere & fodere oportebat.

Briſtollienſes regi reconc. Eodem anno *Briſtollienſes* reddiderunt ſe circa feſtum Sancti *Bartholomæi* paci domini Regis & domini *Bartholomæi de Bathcleſmere*, qui diu ſteterunt in errore. Tres tamen Capitalium eorundum *Joannes Taverncre*, filius ejuſdem, & *Robertus Martin* ad eccleſiam fugerunt, & terram *Angliæ*, diverſos portus eligentes, pro perpetuo non remeaturi, ceteris graviter amerciatis, abjurarunt. Crevit bladi & ſalis cariſtia, & ita excrevit, quod quarterium frumenti communiter per totum annum integrum vendebatur pro XX ſolidis, ſiliginis & hordei pro XVI ſolidis, fabarum quoque pro XIII ſolidis & IV denariis, & avena pro V ſolidis & IV denariis, bucellus ſalis pro IV ſolidis.

Eodem anno ad feſtum purificationis beatæ Virginis venit Rex apud *Clarendone*, moram faciens ibidem uſque in octavas Paſchæ ſequentis, foſſatis ipſam foreſtam claudendo, aliaque faciendo quæ ſtatum ſuum minime decuerunt,

decuerunt, ob quod terræ magnates boni & fideles multum ipſum Regem male ductum conſilio, prout auderent, vituperabant. *Scotti* tamen, nullam in Rege noſtro nec in ſuis comperientes reſiſtentiam, ſpiritu furoris & audaciæ animati, interim dictum regnum *Angliæ* verſus partes viz. boreales hoſtiliter invaſerunt, terram de *Northumberland*, *Cumberland*, *Weſtmorland*, ſuis dominiis mancipando, religioſas domus comburendo, vel aliter inhumano modo deſtruendo in perſonas eorundem furorem ſuæ debacchationis demonſtrando, ita quod monachi nigri & canonici aliique religioſi poſſeſſiones amplas poſſidentes, partes *Angliæ* auſtrales, metu mortis ducti, mendicando in deſpectum eccleſiæ petere cogerentur. Sæculares vero, tam nobiles quam alii, divitiis temporalibus copioſe abundantes, cum ſuis voluntatibus ut in homagiis fidelitatibus & ſervitiis tenuras ſuas contingentibus, Regi *Angliæ* ceteriſque *Anglicis* ab olim debitis condeſcendere recuſarent ſumptis uxoribus & filiis ſuis tantum, à patria ſua expulſi mendicare, proh dolor! compellerentur, illos tamen, quos contra ſacramenta ſua pacem cum *Scottis* inierunt ſumptis ab ipſis fiduciis cum pace demiſerunt. Unde contigit, ut maxima borealium multitudo, caſum ſuum miſerabilem Regi & conſilio ſuo relatura, *Londonium* acceſſit, à Rege tamen nec ſuis ſolatium, defenſionem, ſive adjutorium aliquod ſuſceptura, ſive habitura. Quibus hic geſtis, ac etiam per *Scottos* compertis, fræna malitiæ ſuæ malis pejora addendo pariter & accumulando, non cohibentes, ſed & inde in *Hiberniam* pompoſe navigantes, & ipſam feliciter intrantes, multa ibi execrabilia egerunt, bona terræ deſtruendo, villas comburendo, alia multa mala innumerabilia in deſpectum Regis *Angliæ* pariter & vituperium perpetrantes, quorum capitalis ductor fuit *Robertus de Brus* cum exercitu ſuo copioſo; quibus pro viribus, domini *Richardus de Clare* & *Edmundus le Buterel*, viri valde famoſi & armis bellicis ſtrenuiſſimi, pro Rege *Anglorum*, licet ad id non requiſiti, cum ſuis familiis nobiliter & viriliter reſtiterunt; quamobrem citius de *Hibernia* verſus *Scotiam*

Scoti Angliam vaſtant.

am ſine magna moleſtia, cum ſuis remearunt.

Primi fructus Beneficiorum Papæ reſervati.

Summus Pontifex reſervavit Cameræ ſuæ primos fructus Beneficiorum omnium in *Anglia* per triennium vacantium, Archiepiſcopalibus eccleſiis, ac etiam Abbatiis regularibus, tantummodo exceptis.

Concilium *Clarendonienſe.*

Rex *Anglorum* in quadrageſima tenuit concilium ſuum apud *Clarendonam*, magnæ diſcordiæ fomentum, convocatis *Cantuarienſi* Archiepiſcopo & *Wintonienſi* Epiſcopo, licet invitis, & multum ut dicebatur renitentibus, Comitibus *Herfordiæ* & *Penbrok*, Dominis *Hugone le deſpenſere* patre & filio, *Willielmo de monte Acuto*, tunc ſeneſcallo hoſpitii Regii, *Batholomæo de Bateleſmere*, *Rogero de Amarico*, *Hugone de Audeleye*, banerettis & Juſtitiariis ſuis de utroque banco, cum aliis innumeris; per quod ſequentia mala plenius ſuſpicabantur, qui inde poſt clauſum Paſcha verſus *Londonias* rediens inthronizationis Epiſcopi *Wintonienſis Joannis de Kendale*, tunc ſui Cancellarii, una cum Regina *Angliæ*, multiſque aliis regni nobilibus, precibus dicti Epiſcopi devictus, interfuit. Archiepiſcopus *Cantuarienſis* celebravit concilium ſuum in Eccleſia Sancti *Pauli Londoniis* in craſtino Sanctæ *Fidis* virginis. Hoc anno ablata eſt villa de *Berewyk* ſuper *Twede* à domino Rege *Angliæ* per *Scottos*.

Tractatus *London.*

ANNO gratiæ M.CCC.XVII. Rex tenuit Tractatum *Londoniis*, cito poſt dictam inthronizationem, ſuper malis, jacturis, & damnis ſibi & ſuis per *Scottos*, Regni ſui manifeſtos inimicos, illatis; Comite *Lancaſtriæ* nec ad hunc tractatum nec ad illum *Clarendoniæ* vocato, ipſo tamen Regis inimico & regni manifeſto, Regiſque ipſius & regni proditore notorie & palam in hoſpitio Regis & aulicorum publice nominato. in quo quidem tractatu ordinatus eſt *Rogerus de Mortuo Mari*, multis illum *Anglicis* comitantibus, ad Cuſtodiam, tuitionem & expulſionem *Hibernorum*, & *Scottorum* in eadem ſorte commorantium, ſive quovis modo latentium, cum optimum videret.

Comitiſſa *Lancaſtriæ* rapta.

Die Lunæ aſcenſionem dominicam præcedente rapta eſt Comitiſſa *Lancaſtriæ*, nobilis viri & famoſi domini

Thomæ

Digitized by Google

Thomæ Comitis *Lancaſtriæ* uxor legitima, apud *Caneford* in *Dorſetia*, per quendam Militem de domo & familia *Joannis* Comitis *Warenniæ*, convocatis ad illud deteſtabile factum, & ſæculo poſt futuro obloquendum & admirandum, tam militibus & dominabus Comitatus prædicti, præſagium rei futuræ ibidem faciendæ penitus ante adventum ſuum ignorantibus, quam aliis operis ejuſdem fautoribus ſive promotoribus; & inde ad dictum Comitem apud *Reigate* pompoſe, aſſenſu ut dicebatur Regio & aulicorum, in deſpectum dicti Comitis *Lancaſtriæ* adducta. Et ut tam deteſtabili facto, & ſtultitiæ manifeſtæ, aliquod interludium in opprobrium illam deducentium interſeratur, ut ſic quodammodo opprobrio deſpectus recompenſetur, ecce in itinerando intra ſepes & nemora, inter *Haultone* & *Farnham* exiſtentia, Sacerdotibus cum populo velis & vexillis, ut moris eſt, diebus aſcenſionem Dominicam præcedentibus, erectis Litaniam illam, quæ *minor* appellatur, devote, ut decuit, percantantibus, tali ac tanto ipſius dominæ pompoſi ductores ſacra vexilla eminus intuentes expanſa, ſubito timore & horrore ſunt percuſſi, quod vix in equis ſuis ſedere ſive ſeſe tenere potuerunt, magnopere formidantes quod Comitem illum *Lancaſtriæ*, vel aliquos per ipſum miſſos, dictam dominam ablaturos, deſpectumque ſibi factum vindicaturos, obvios ſibi comminus haberent. Unde contigit, quod, relicta ſola fere domina, unuſquiſque raptorum propter metum inter ſe conceptum fugam iniit, vitæ ſuæ & ſaluti conſulturus. Quibus ſic geſtis, rei veritate & cauſa perſcrutata redierunt ad dominam, pompam, minas, & ſuperbiam in ſpiritu elationis inferentes, de ſalute ſeu proſperitate modico facto intervallo prius funditus deſperati. Cum quibus quidam miſeræ ſtaturæ, claudus, & gibboſus, ſuoque perpetuo maliciis intendens, *Richardus de Sancto Martino* vocatus, pompoſe ut tantum docuit virum incedens, dominam, proh dolor! ſupradictam miſerabiliter deluſam, magno ut ſuſpicabatur adjutorio ſuffultus, in ſuam exegit uxorem, firmiter proteſtans quod ipſam fide media carnaliter cognovit, antequam

Et Ric. de S. Martino nupta.

antequam Comiti ſupradicto desponſata fuerat, quod etiam plane domina prædicta palam ubique recognovit, ac etiam verum eſſe fatebatur nullo ducta nec infecta timore; ac ſic quæ toto tempore vitæ ſuæ nobiliſſima fuit dicta domina, rota fortunæ ſubito vergente, quod dictu turpe eſt, meretrix ſpurciſſima per totum orbem acclamatur.

Interim dominus *Richardus* ſeſe in altum vento flante mare conſpiciens, nomine uxoris ſuæ Comitatus *Lincolniæ* & *Sarum* dictæ dominæ hereditatem in curia regia vendicare præſumebat; ſed incaſſum, prout rei geſtæ ſequentia plenius explanabunt. Sicque finitur primus Concilii ramus apud *Clarendoniam* tenti.

Cardinales duo in *Angliam* miſſi.

Fama illa per univerſum orbem velociter expanſa & diffuſa ad ſummi pontificis pervenit audientiam, unde miſit duos Cardinales, *Joannem* videlicet *Gauſelini* & *Lucam de Fliſco*, in *Angliam*, gratia pacis inter Regem & Barones ſuos faciendæ, quem pro præmiſſis & aliis indecentiis, permiſſu ſuo factis, valde exoſum habuerunt; qui in adventu eorum amplam à Clero perceperunt procurationem, videlicet de marca ſecundum taxationem veri valoris IV denarios, cum tamen in nullo rei delicto inveniebantur. Sed:

Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi.

Eodem anno circa autumnum Cardinales miſerunt ſe verſus partes Boreales, ut legationem ſuam facerent, armis, equis, & familia, & theſauro abundanter ſtipati; quos cum patriotæ, ſic venire cognoviſſent, & à Rege *Anglorum* nihil ob tuitionem patriæ ſuæ, per *Scottos* ut præmittitur depopulatæ habere potuiſſent, uno impetu dictos Cardinales, epiſcopumque de *Durham*, in Curia *Romana* de novo creatum, omneſque ſuos ſequaces à minimo uſque ad maximum deprædarunt, ita quod vix Cardinales ad unam civitatum ſive villarum confugere tute potuiſſent; cujus deprædationis auctor principalis fuit dominus *Gilbertus de Middletone* Miles, ob quod factum mortis patiebatur diſpendium, amputato capite & ſuper *Newgate*, apud *Londonias*, fixo. Cardinalibus ſiquidem ſic territis affuit nobilis vir Comes

Ab *Anglis* ſpoliati.

Lancaſtriæ,

Digitized by Google

Lancaſtriæ, eos in manu forti & valida inde liberans, & uſque ad *Eboracum* deducens, ipſoſque in pace ibidem dimittens ad caſtellum ſuum de *Pomfreyt* remeavit. Poſt cujus receſſum per Regem & ſuos deprædatio præſcripta Comiti eidem malitioſe imputabatur.

Exinde crevit indies inter Regem & Comitem *Lancaſtriæ*, aulicis, quos idem Comes meritis exigentibus exoſos habuit, id jugiter procurantibus, orta prius diſſentio in tantum, quod Rex ad deſtructionem Comitis omnibus anhelaret. Unde contigit, quod Rex finxit ſe verſus *Scotiam*, citato ſervitio integro, *Scottos* debellaturus, iter ſuum feſtinanter arripere, miſſis prius dicto Comiti in dolo, apud *Pomfreyt* in pace commoranti, nunciis ſolemnibus, Archiepiſcopis videlicet *Cantuarienſi* & *Dublinienſi*, Epiſcopis quoque *Wintonienſi*, *Landavenſi*, *Saresburienſi* & *Norwicenſi*, & *Ciceſtrenſi*, Comitibus quoque *Herfordenſi*, & *Penbroke*, cum Baronettis & Clericis ſuper reformatione pacis inter eos faciendæ; qui tamen cum in Comite nihil poſſent invenire paci contrarium, ſed ipſam veram & certam omni malo ſeu ſuſpicione vacuam jugiter adoptante, in reditu ſuo Regi reperta referentes, quanquam de pace ſperarent, verſis faciebus incaſſum eſt laboratum, ſicque fit quod Rex cum aulicis ſuis, & exercitu immenſo, verſus *Eboracum* tendens, tractatum ibi quendam tenebat in præſentia Cardinalium, ubi procuratione, ut dicebatur, Cardinalium facta fuit inter Regem & Comitem, pontes tamen omnes cuſtodia firmiſſima Rege prius tranſito vallantem, concordia, ſub forma quæ ſequitur; videlicet, quod Rex nihil faceret contra Comitem nec ſuos & è converſo, ſed in pace ſtarent omnia factis hinc inde fiduciis, ita quod idem Comes bono modo veniret ad Parliamentum Regis, tempore ibidem & loco aſſignatis celebrandum, facturus & recepturus quod foret juſtum. Iis geſtis, Comes de promiſſo confiſus venit cum paucis apud *Pomfreyt*, dimiſſa pontium cuſtodia, in pace exiſtens. Cui Rex paulo poſt, immenſo ſtipatus exercitu, aulicis pompoſe pariter incedentibus, armatus vexillis præcedentibus verſus caſtrum de *Ponfreyt*, vindictam mente

Concordia inter Regem & Comitem *Lancaſtria.*

Digitized by Google

mente contra dictum Comitem conceptam toto niſu expleturus, iter ſuum arripiens, inſultum fecit admirandum, aulicorum ductus conſilio ſatis doloſe; de quo cum Comiti conſtaret, armatus cum ſuis, licet paucis, foſſatam Caſtri ſui aſcendens viſo Rege ſuiſque armis immenſo ſubito perſtrepuit clamore, Nihil mali Deo gratias, & ibi recipiens, ſicque inimicorum manu ſuorum minime prævalente, Regeque cum ſuis abſcedente, rupto fiduciæ vinculo aucta eſt, pro dolor! diſſenſio, quæ prius extincta autumabatur.

Iterum rupta.

Inde Rex tendebat verſus *Londonium* cogitans & recogitans in dies, ſeduloque cum aulicis pertractans, quomodo melius de ipſo Comite vindicari poſſit. Interim abductus eſt quidam miles Comiti *Lancaſtriæ*, per *Pomfreyt* verſus partes boreales viriliter tendens, cum quo alba Carta regio ſigillo magno ſignata, aliæque literæ Regis ſigillo privato ſignatæ credentiam munientes inventæ ſunt, ut cum Rege *Scottorum* pro morte dicti Comitis pacificaretur; quem Comes de veritate confeſſum equis tractum, deinde ſuſpenſum, retentis penes ſe in argumentum fidei Cartis ſuis & literis, mortis ſubire fecit ſupplicium, fixo capite ſuo ſuper Caſtrum de *Pomfreyt*. Et hic, ut dicebatur, paulo antea de familia Comitis fuerat ſpecialiter, foveam faciens juſto Dei judicio incidit in eam, quia nulla pejor peſtis quam familiaris inimicus. Quo à Rege & Aulicis, magnum damnum pariter & opprobrium inde in eventu emergere ſuſpicantibus, comperto, Regales immenſo tabefacti non immerito ſunt dolore; unde contigit quod hac & aliis populus *Anglicanus*, qui prius Comitem fere ſpreverunt, certioratus veritatibus, eidem Comiti, contemptis aulicis, adhæſit firmiter, vitam ipſius & ſalutem jugiter in ſpiritu poſtulans humilitatis.

Simon de Monte Acuto moritur.

Circa hæc tempora nobilis vir dominus *Simon de Monte Acuto*, Miles, & domini Regis Baro ſtrenuus, qui varia propter Regnum *Angliæ* perpeſſus fuit pericula, diem clauſit extremam, die videlicet ſanctorum *Coſmæ* & *Damiani* apud *Denizete*, die Sancti *Bricii* Epiſcopi ſequente in eccleſia de *Bruiton* conventuali honorifice

honorifice Epiſcopis *Bathonienſi* & *Wellenſi*, *Oſſorienſi*, cum Abbatibus pluribus, Clero & multis viris nobilibus exequias celebrantibus, traditus fuit, ut tantum decuit virum, ſepulturæ. cujus animæ propitietur Deus, Amen.

Eodem anno Comitatus *Glouceſtriæ* æque dividebatur inter tres ſorores *Gilberti* Comitis ejuſdem, nuper in *Scotia* ſine exitu corporis ſui, ut præmittitur, interfecti. Cujus partem præcipuam recepit & habuit dominus *Hugo Diſpenſator* filius, nomine *Joannæ* ſororis primogenitæ, uxoris legitimæ; ſecundam vero dominus *Hugo de Audelegh*, nomine *Margaretæ* ſecundæ ſororis domini *Petri de Gaveſtone*, quondam Comitis *Cornubiæ* [1] relictæque, uxoris ſuæ; tertiamque dominus *Rogerus de Amarico*, nomine *Iſabellæ*, tertiæ ſororis, dominorum *Joannis de Burgh* filii Comitis *Ultoniæ*, & *Theobaldi de Verdona* relictæ, uxoriſque ſuæ, ſibi ex dono Regio velut ſecundo matrimonialiter copulatæ. ſicque dicti Comitatus diviſio. Quam ut vulgo dicebatur dominus *Simon de Monte forti*, quondam Comes *Leyceſtriæ*, die quo apud *Eveſham* fuit interfectus, Comite *Gloceſtriæ* patre Comitis occiſi id ultra modum contra fidei ſuæ ſacramentum procurante, modo quo ſequitur prædixit affuturam. Hodie, inquit ſuis, corpora noſtra in manu inimicorum noſtrorum ſunt tradita, CHRISTO cauſam noſtram committentes, animas noſtras regi regum commendamus. ſed & hoc ſocii ſciatis, quod antequam annus curſum ſuum compleat quinquageſimum, mors noſtra vindicabitur. Quod & tunc autumabatur accidiſſe, eo quod nunquam fuit hujus ſcutum retroactis temporibus proſtratum. Rex tenuit natale ſuum apud *Weſtmonaſterium*, exiſtentibus cum ipſo Cardinalibus, aliiſque terræ nobilibus non minimis. *Com. Glouceſtriæ in tres partes dividitur.*

Hoc etiam anno dominus Papa ſeptimum librum *Decretalium*, à prædeceſſore ſuo compoſitum, & quaſi ab ipſo deletum promulgavit, inſtituit & confirmavit, beneficiorum pluralitatem deteſtantem, multaque alia ad honorem Eccleſiæ Sanctæ in ſe continentem. Inſtituit etiam feſtum ſolemnitatis Corporis & ſanguinis CHRI- *Lib. ſeptimus Decretalium.*

1 Leg. relictæ, uxoriſque.

STI, quod ab *Urbano* Papa quarto ſumpſit exordium, ſingulis annis, in proxima feria quinta poſt feſtum Sanctæ Trinitatis, cum plenis octavis, ab univerſali Eccleſia perpetuo celebrari.

Concilium London. Archiepiſcopus *Cantuarienſis* celebravit concilium ſuum in Eccleſia Sancti *Pauli Londoniis*, in craſtino feſti Sancti *Petri* quod dicitur *in Cathedra*, in quo Magiſter [1] *Rigandus* domini Papæ in *Anglia* nuncius, ſuper multis & variis exactionibus, vexationibus, & impoſitionibus Clero *Anglicano* per ipſum & per ſuos factis, ad modicum tamen ſeu nullum Cleri profectum, extitit ratiocinatus. Fuit etiam Regis verſus *Scotiam* aditus ad petitionem Cleri uſque Pentecoſten prorogatus; ita tamen quod interim Magnates tam Cleri quam populi, gratia concordiæ inter Regem & Comitem *Lancaſtriæ* faciendæ, dicto Comiti tempeſtive mitterentur: per quos diſcordia inter ipſos habita adnullaretur, cordaque ipſorum ſedarentur ad regni quietem non modicam, quod & factum extitit prout ſequentia manifeſtabunt.

Iſto anno venerunt in *Angliam* à Curia *Romana Thomas de Cobeham*, *Cantuarienſis* electus quondam, per dominum Papam in *Wygornienſi*, & Magiſter *Adam de Orletone* in *Herfordenſi* creati epiſcopi.

ANNO gratiæ M.CCC.XVIII, circa aſcenſionem Dominicam miſſi ſunt per Regem Comiti *Lancaſtriæ* archiepiſcopus *Cantuarienſis* & alii epiſcopi Comiteſque & Barones, ad hoc electi, ad tractandum cum ipſo ſuper diverſis Articulis, per Regem inſtinctu aulicorum ſibi tranſmiſſis.

Impoſtor quidam morte mulctatus. Eodem Anno ſubito venit quidam homo bene litteratus, ut dicebatur, apud *Oxoniam* ducens ſecum canem & catum, & ingeſſit ſe in Aula Regia, extra mœnia civitatis ejuſdem ſita; mittens poſt majorem Civitatis alioſque quam plures tam Clerici quam populi, & fatebatur ſe coram ipſis eſſe filium Regis *Angliæ* proxime defuncti legitimum, ac etiam regni ipſius heredem. Quem ſic manifeſte confeſſum, cum de temeritate ſua & præſumptione publica, minis & blanditiis & terroribus redarguere,

[1] Vel, *Rigandus*.

Digitized by Google

gere, ac etiam revocare, ſtudioſe ſategiſſent, ſpretis tamen ſuis conſiliis, impetuoſum animi ſui conceptum uberius ſequi ſecum pertractabat, dicens: in publico ſe etiam metu mortis, ſeu quovis tormentorum genere, ad aliud flecti nolle, unde contigit, quod cito poſtea apud *Northamptoniam*, ubi Rex *Anglorum* tractatum regni cum ſuis habuit, conſilio magnatum quorundam ductus ſuper ſtultitia ſua, quam obſtinato animo coram Rege ceteriſque magnatibus ibidem exiſtentibus pompoſe confitebatur, ad rationem poſitus, demum ipſorum judicio mortis ſubiit ſupplicium; capite ipſius amputato, cordeque à ſuo corpore extracto, & pro læſione Regiæ Majeſtati facta, ad terrorem aliorum, combuſto.

Regina *Angliæ* peperit filiam ſuam primogenitam apud *Wodeſtoke*, die Sanctæ Trinitatis, in craſtino videlicet Sancti *Botulphi* Abbatis, nomine *Alianoram*. Eodem Anno circa [1] gulam Auguſti dominus Rex tenuit tractatum ſuum apud *Northamptone*, cum nobilibus multis regni ſui tam magnatum quam populi, in quo tractabatur vehementer de certa & ſtabili pace inter ipſum Regem & illuſtrem Comitem *Lancaſtriæ*, in præſentia Cardinalium ibidem perſonaliter exiſtentium, facienda, ac etiam modis omnibus obſervanda. ad quem Regina *Angliæ*, dicti Comitis neptis, perſonaliter acceſſit; unde contigit miraculoſe, contra etiam omnium & ſingulorum tunc ſuperſtitum opinionem, quod die Lunæ proxima ante feſtum Sancti *Laurentii*, procurante indies & viriliter inſtante Regina ſupradicta, firma pax & vera Concordiæ inter dominos Regem & Comitem ſupradictum, in publico facta fuit & ſigno amicitiæ hinc & inde vallata, prout rei geſtæ ſequentia plenius explanabunt. Ex tunc enim orta eſt terræ *Anglicanæ* diu optata lætitia, & omnino deſperata, ceſſant fames & peſtilentiæ, quas gens *Anglorum* ultra modum patiebatur [2] incommoditas, bladi ſopitur cariſtia, affluit ſalis affluentia, terra ſuum dedit fructum, inimici Regis proſternuntur, &c, ut breviter dicatur, Regnum quaſi ad ſolitum bonitatis deducitur curſum. Fit interim lætitia magna

Tractatus Northampton.

[1] Sic MS. Forte *quintam*. [2] Leg. *incommoditates*.

 in

Digitized by Google

in populo, eo quod Rex & Comes *Lancaſtriæ* mutuo & crebro utuntur colloquio, odii fomite [1] alterum ſopito; Aulici quoque & alii, quorum inſtinctu id procurabatur, à Comitiva & domo Regis remoti, horrore ſubito percuſſi ſunt & timore ultra modum verentes in manus Comitis incidere ſupradicti. Cardinales, per annum & amplius in *Anglia* moram facientes, ſtatim poſt concordiam initam, dato eis tranſitus die ſub certa pœna, die Lunæ proxima ante feſtum decollationis Sancti *Joannis* Baptiſtæ, impoſita tamen prius procuratione ſua, ac demum per magiſtrum *Rigandum* domini Papæ in *Anglia* nuncium collecta, apud *Doveriam* mare tranſierunt.

Parliamentum *Eborac.*

Eodem anno, in quindena Sancti *Michaelis* Rex *Anglorum* tenuit parliamentum ſuum apud *Eboracum*, ad *Northamptone* prius ordinatum, omnium terræ Magnatum tam Cleri quam populi aſſenſu unanimi, Comite *Lancaſtriæ* ibidem exiſtente. Et nota, quod toto tempore Regis tunc ſuperſtitis parliamentum aliquod, quanquam multa ſæpius fuerant recitata, convocata, & adunata, non ante iſtud exitum ſumpſit ſive effectum, ſed incepta bono modo, ut videbatur, & per paucos dies continuata, ſubito tamen, regiis id procurantibus ſeductoribus, ex toto rumpebantur. Rege igitur cum ſuis proceribus parliamentum ſuum tenente, dominus *Edwardus le Brus*, domini *Roberti le Brus* germanus, vir bellicoſus & in armis ſtrenuiſſimus, cum multis *Scotiæ* nobilibus, impetuoſo exercitu ſtipatus atque pompoſo, terram *Hiberniæ* ſuo dominio mancipandam perpetuo intravit hoſtiliter, literas ejuſdem terræ incolis magni odii alterni ſeminarium præmittens, firmiterque proponens ſe dictæ terræ Regem in breve futurum, & ibidem coronam delaturum; Regemque *Hiberniæ* & Inſularum conquæſtorem per univerſum orbem ſe & ſuos ſucceſſive vocaturum, perpetuis temporibus in futurum. Sed altiſſimo permittente fraus ipſius & præſumptio in ſeipſum demum eſt reverſa; ita videlicet, quod fideles domini ſui Regis *Angliæ* in dicta terra commorantes,

Edw. Bruſſius Hiberniam occupare tentat.

1 Leg. *altum.*

ipſam

ipſam terram, poſſeſſiones ſuas proprias, jus quoque Domini ſui Regis *Angliæ* viriliter defendere ſatagentes, ipſum *Edwardum* in campo & patria, quæ dicitur *Dondalk*, bellum cum ſuis expectantem, miſerabiliter juſto Dei judicio interfecerunt, una cum Baronettis *Scotiæ* ſubſcriptis: Dominis videlicet *Philippo de Monthebrai*, [1] *Domaldo de Lylle*, *Joanne de Soules*, *Joanne Alano* & *Waltero Stiward*, *Denecanno Cambel*, *Denecanno de Carletone*, *Herberto* & *Radulpho le Mareſchal*, *Hugone de Aumarico*, *Roberto* & *Joanne Savage*, *Roberto* & *Waltero de Lacy*, *Willielmo le Mareſchal*, *Willielmo de Caumbeyn*, *Willielmo de Galeweye*, *Willielmo Spendi*, *Willielmo de Thouresbury*, tunc domini *Edwardi de Brus* prædicti vexillifero, *Thoma de Pellet*, *Willielmo de Carleton*, *Willielmo* filio *Reymundi*, *Willielmo le Mareſchal*, *Waltero de Say*, *Petro de Welleſton*, *Fergus de Ardaunſham*, *Joanne de Kermerdyn*. quinque vero millibus & octogentis aliis, præter milites & nobiles ſupradictos, die Sabbati proxima ante feſtum Sancti *Lucæ* Evangeliſtæ, Primate de *Armach*, pro Rege *Anglorum* & ſuis, Duce & capitali exiſtente. Sicque quodam modo mors Comitis *Glouceſtriæ* nuper apud *Strivelyn*, *Scottorum* pompa pariter & ſeditione interfecti, multorumque *Angliæ* nobilium occiſio pariter ibidem facta in ſignum ruinæ majoris, vicem ultionis divinæ pariter & humanæ, capite ipſius *Edwardi* Ducis ipſorum abſciſſo, Regique *Anglorum* deſtinato, receperunt pariter & recompenſationis. unde contigit, quod *Scotti*, præ timore hujuſmodi eventus, in deſperationem ruerunt ineffabilem. *Robertus de Brus*, Rex *Scottorum*, cum commitantibus, auctoritate Curiæ *Romanæ*, interim ſolemniter & publice in Regno *Angliæ* & *Scotiæ*, omnibuſque terris pariter adjacentibus, extitit excommunicatus, eo quod venit contra fidelitatem Regi *Anglorum* ab antiquo debitam, Regnumque *Scotiæ* generali ſubponitur interdicto.

Interficitur.

Rob. Bruſſius excommunicatur.

Hoc anno fit particularis terræ motus in *Anglia*, die Martis in craſtino Sancti *Bricii*, Epiſcopi & Confeſſoris, inter galli cantum noctis ultimum, & auroram diei ſupradictæ.

Terræ motus.

[1] Neſcio an *Donaldo*?

Digitized by Google

Digitized by Google

ADAMI
MURIMUTHENSIS
CHRONICON,

SIVE

HISTORIA
SUI TEMPORIS;

Cui ſubjicitur ejuſdem Chronici
CONTINUATIO.

E Codice *Reginenſi* nunc primum edidit
ANTONIUS HALLIUS, S. T. P.

OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO,

M. DCC. XXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

ADAMI MURIMUTHENSIS HISTORIA SUI TEMPORIS.

Incipit Continuatio Chronicorum Regum Angliæ, *cum interpoſitione quorundam caſuum contingentium in Curia* Romana & *Regno* Franciæ, *ſicut eidem ſcribenti ſuis temporibus occurrebant.*

QUONIAM, ut ſcribitur per antiquos,

Res audita perit, littera ſcripta manet, Prologus.

& expedit generationes ſingulas cogitare & antiquorum facta præcipua [1] memorari; Ego *Adam* [2] *Murymuthenſis*, Canonicus *Londonienſis*, [3] advertens factorum memorabilium antiquorum paucos eſſe Scriptores, quoniam in Eccleſiis Cathedralibus Regularibus ſeu Collegiatis Chronicas non inveni de geſtis ſummorum Pontificum, Regum, & præcipue *Angliæ* clare ſcriptas, niſi uſque ad annum DOMINI M. CCC. II. & illas in Eccleſia *Exonienſi* duntaxat inveni, & in Eccleſia *Weſtmonaſterii* [4] Chronicatas uſque ad annum DOMINI M.CCC.V. Ex quibus aſſumpſi illud, quod mihi utile videbatur, nolens mortuos diffamare, & ab anno DOMINI M.CCC.V. quo ego tantæ ætatis eram, quod facta præcipua ponderavi, & ea ſcripſi breviter modo meo ex *Libro Dierum meorum.* Scripſi ulterius

1 Codex Coll. *Magd. Oxon.* legit *memorare.* 2 *Murimuth*, Apograph. *Earb.* 3 Animadvertens *Magd.* 4 Chronicas *Id.* *rectius.*

Digitized by Google

ea, quæ mihi videbantur utilia ad ſcribendum, nec perſonas nimium commendando, nec earum memoriam, ut quidam faciunt, diffamando; ſed facta vera ſcribendo, ut opus uniuſcujuſque ipſi, prout meruit, poſſit ſibi afferre laudis præconium, vel famæ ſuæ, ſi quam meruit, læſionem. Et notandum, quod Chronicæ, quæ ſequuntur, ſemper incipiunt à feſto Sancti *Michaelis*, non habita [1] mutatione Datæ annorum DOMINI, quæ ſecundum conſuetudinem Curiæ *Romanæ* mutatur in feſto Nativitatis DOMINI; ſed ſecundum conſuetudinem *Angliæ* [2] mutatur in Annunciatione Beatæ Virginis, nec habita conſideratione ad tempus, quo mutatur annus Regis. In Chronicis [3] igitur apud *Weſtmonaſterium* inveni quædam, quæ immediate ſequuntur per tres annos, reſiduum vero ex VISU ET AUDITU MEI TEMPORIS ipſe ſcripſi.

ANNO igitur DOMINI M.CCC.III. *Bonifacii* [4] pontificatus Papæ octavi anno [5] IX, regni vero nobilis regis EDVARDI de *Winton*, filii regis *Henrici*, XXXI; quia *Scotti* interfecerunt & male tractarunt cuſtodes & miniſtros, quos ipſe [6] præfecit cuſtodiæ regni & caſtrorum *Scotiæ*, cum exercitu *Scotiam* circa Pentecoſten intravit, & obtenta victoria rediit. Et ſtatim poſtea *Scotti* obſederunt caſtrum de *Strivelyn*, in quo fuerunt ad cuſtodiam XL homines tantum, qui caſtrum cuſtodierunt viriliter quamdiu victualia habuerunt, in tantum quod equos, canes, [7] coria, mures, & ratos comederunt; ſed propter famem, ſalvis vita & membris, caſtrum finaliter reddiderunt. poſtea rex *Angliæ* obſedit caſtellum de *Britin*, & obtinuit poſt XX dies.

Caſtrum de *Strivelyn* capitur.

Hoc anno, circa feſtum Nativitatis facta pace inter reges *Angliæ* & *Franciæ*, reddita eſt *Vaſconia* regi *Angliæ*, quæ extitit contra pactum licitum diutius, ut præſcribitur, occupata [8] in manibus *Francorum*. His

1 Ratione ad mutationes --- quæ --- mutantur *Magd.* 2 Mutantur *Id.* 3 Abeſt à *Magd.* 4 E Cod. *Magd.* 5 VIII. *Magd.* XIII. MS. veram lectionem è *Triveto* & anno ſequenti eruimus. 6 fecit *Magd.* 7 Coria *inter ſe* comederunt *Id.* 8 Abſunt à *Magd.*

temporibus

Digitized by Google

temporibus rex *Franciæ* multos conflictus habuit cum *Flandrenſibus*, ſed ſemper ſine victoria remeavit.

Hoc anno moritur *Richardus de Graveſende*, Epiſcopus *Londonienſis*, & electus eſt concorditer [1] *R. de Baldok* per capitulum; ſed *P. de Dene*, & *J. de Sancto Claro*, per Archiepiſcopum [2] *R.* ſuis canonicatibus prius juſte privati, ibidemque ad electionem admiſſi non fuerant, appellarunt. & ſic fuit negotium ad *Romanam* curiam devolutum.

Hoc anno, in vigilia Nativitatis beatæ virginis *Mariæ*, captus eſt *Bonifacius* papa in *Campania*, civitate [3] *Agnaniæ*, de qua extitit oriundus, procurante rege *Franciæ* per ſuos nuncios *W. de* [4] *Nogareto* & *W. de Plaſiano*, & conſentientibus ipſius papæ familiaribus & vicinis, & theſaurus eccleſiæ deprædatus eſt. *Bonifacius VIII capitur rege Francorum procurante.*

ANNO DOMINI M.CCC.IV. *Bonifacius* octavus, anno nono adhuc durante, regni vero dicti regis EDWARDI [5] XXXII, à feſto Sancti *Michaelis* inchoando, V [6] Idus Octobris obiit *Romæ Bonifacius* papa octavus, & ſepultus fuit *Romæ* in eccleſia Sancti *Petri* ibidem, in curioſo ſepulchro & nobili, quod ſuperſtes fieri fecit ibidem pontificatus ſui anno nono; cui ſucceſſit *Benedictus* papa XI, natione *Lumbardus*, de [7] Civitate *Trinitina*, qui XI Cal. Novembris *Romæ* fuit electus, & die dominica ſequenti fuit coronatus, qui prius fuit de ordine Prædicatorum, in quo habuit multos gradus honoris, & poſtea cardinalis *Hoſtienſis*, & finaliter pater patrum. Hic papa excommunicavit & excommunicatos denunciavit omnes, qui captioni *Bonifacii* conſenſerunt; & quoſdam nominatim, ſcilicet *Willielmum* de [8] *Nargareto* & *Scharram de Calumna*, *Petrum* tamen & *Jacobum de Calumna* reſtituit ad cardinalatus honorem; ſed nullos eis titulos aſſignavit, quos prius *Bonifacius* privavit cardinalatus honore. Item reſtituit regem *Franciæ* ad privilegia, quæ habuit prius *Obit Bonifacius.*

1 *Radulphus.* 2 *Robertum.* 3 L. *Anagnia.* 4 *Longareto*, *Magd.* 5 XXXIII. M. 6 *Idus Octobris* deſunt *Magd.* 7 *Trivifina Magd.* 8 *Longareto Magd.*

à ſede Apoſtolica, quibus papa *Bonifacius* ipſum ſicut filium ingratum privavit; & ipſum regem, non petentem, à ſententiis excommunicationum, quibus ex præmiſſis vel aliis cauſis ligatus erat, invitum abſolvit in hebdomada Pentecoſtes. Et poſtea nonis Julii in *Peruſio* obiit, & ante altare Prædicatorum eſt ſepultus ibidem.

Hoc Anno Rex EDWARDUS ſe tranſtulit in *Scotiam* Caſtrum de *Strivelyn*, quod cuſtodiebat *Willielmus Oliſard*, viriliter obſeſſurus; poſtquam per nonaginta dies ipſos in pugnando fortiter obſediſſet, ipſi præ inopia & timore in feſto Sanctæ *Margaretæ* exiverunt diſcalceati, & funes in collo habentes, miſericordiam poſtulantes. Quos Rex ſuſcepit ad miſericordiam, & ad diverſa caſtra in *Anglia* miſit carceribus mancipandos, neminem occidendo; poſitis deinde cuſtodibus per totam *Scotiam*, rediit in *Angliam* irremeaturus, ſicut inferius apparebit.

Caſtrum de *Sterlin* capitur.

ANNO DOMINI M. CCC. V, *Benedicti* papæ XI primo, Regni vero dicti Regis EDWARDI [1] XXXIII tenuit Rex EDWARDUS Natale apud *Lincolniam* nobile & ſollemne. Et ordinavit juſtitiarios de *Traylebaſtone* poſt per totam *Angliam* ad caſtigandum malefactores, per quos fuerunt multi puniti & Regis ærarium valde ditatum.

Hoc anno quinto die menſis Junii Cardinales, qui à morte Benedicti [2] *Peruſii* incluſi fuerunt, quia de ſeipſis vel aliquo Italico non poterant concordare, elegerunt in papam *Bertrandum de Gotto*, Archiepiſcopum *Burdegalenſem*, in Vigilia Pentecoſtes, qui prius fuit Epiſcopus [3] *Convenarum*, poſtea Epiſcopus *Burdegalenſis* factus per Papam ad procurationem fratris ſui Germani, *Albanenſis* Epiſcopi Cardinalis.

Clemens Papa eligitur.

Hoc anno fuit diſtractus, ſuſpenſus & decapitatus *Williehmus Walleys* apud *London*, qui prius contra *Anglicos* in *Scotia*, & partibus finitimis, multa facinora perpetravit.

G. Wallis ſecuri percuſſus.

---

1 XXXII. *Magd.* 2 Pariſius *Id.* 3 *Comenge*, ſive *Cominges*, in *Vaſconia*.

Hoc

Digitized by Google

Hoc anno Papa fecit *Antonium de Bek* Epiſcopum [1] Duloniæ Patriarcham *Jeroſolymitanum*, & Archiepiſcopum *Eborum Willielmum de Grenefeld* confirmavit, & etiam [2] *Radulphum de Baldok* Epiſcopum *Londonienſem* ſimiliter; & conſecratos in *Angliam* redire permiſit.

Hoc Anno circa feſtum Purificationis *Robertus le Brus*, volens regnare in *Scotia*, fecit unam convocationem majorum *Scotiæ* in Eccleſia Fratrum Minorum apud *Dumfres*, ubi in eadem Eccleſia interfecit *J. Comyn*, quia ſibi noluit conſentire, malum proceſſum turpi principio inchoando, quod exitus poſtea comprobavit. Poſtea vero ad feſtum Pentecoſtes Rex EDWARDUS fecit *Edwardum*, dictum de [3] *Carnarvan*, militem apud *Weſtmonaſterium*, & alios fere centum: ubi dedit ſuo filio prædicto ducatum [4] *Cornubiæ* & vovit ad Signum quod mortem dicti *Joannis Comyn* vindicaret, & quod *Scotiam* de manibus *Roberti le Brus* recuperaret; & idem votum quaſi omnes unanimiter voverunt cum ipſo, ad quod facientes in anno proximo ſe pararunt.

R. Bruſſius R. Scotia occupat.

Hoc anno fuit *Robertus*, Archiepiſcopus *Cantuarienſis*, ad *Romanam* Curiam perſonaliter evocatus, & à temporalium & ſpiritualium adminiſtratione ſuſpenſus, procurante domino Rege prædicto. Item hoc anno fecit idem Dominus Rex quendam *Petrum de* [5] *Ganaſtone* abjurare Regnum *Angliæ*, quia dedit malum conſilium filio ſuo qui ipſum *Petrum* inordinata affectione dilexit.

Archiep. Cant. ſuſpenſus.

ANNO DOMINI M.CCC.VI, Regni vero dicti EDWARDI XXXIV & ultimo, à feſto Sancti *Michaelis* incipiendo, Dominus Rex *Angliæ* cum ſuis acceſſit ad Marchiam *Scotiæ*, ibi morabatur per totam hiemem apud [6] *Lanrecoſt*, ubi in feſto tranſlationis ſancti *Thomæ* martyris ab hac luce migravit, ætatis ſuæ LXIX. Regni vero ſui XXXV.

Edwardus Rex moritur.

---

1 *L.Dunelmia* cum *Magd*. 2 Sic recte. *Id.*Cod. noſter vero *Robertum* habet. 3 *Carnarivan* MS. 4 *Aquitania* Magd, 5 *Gauſton* Id. Vulgo *Gaveſton*. 6 *Lanreſcoſt* MS. Obiit autem Rex invictiſſimus non apud *Lanercoſt*, ſed apud *Burgum ſuper Sabulonem*.

Hic

Ejuſdem Elogium.

Hic EDWARDUS fuit ſtrenuus in armis per totam tam ſuam, in omni ſtatu, ſicut in ſuperioribus Chronicis colligitur evidenter, adeo quod totam *Angliam* de manu *Symonis de monte Forti* Comitum & Baronum eidem *Symoni* adhærentium, qui etiam Regem *Henricum* patrem ſuum & ſeipſum tenuit in carcere, adquiſivit, ſicut ſuperius continetur. Item totam *Walliam* de manu *Lewelini* & *David* fratris ejus, Item *Aquitaniam* de manu Regis *Franciæ*. Item *Scotiam* ſibi ſæpius ſubjugavit, ſicut ſuperiora Geſta teſtantur, ſed capta *Scotia* proditioſe per *Robertum le Brus*, ut ſupra proximo Capitulo continetur, ipſe ibidem, ut præſcribitur, inter exercitum ſuum jacens in lecto mortis, ex [1] magnanimitate cordis mandavit & juſſit, [2] ut corpus ſuum ibi remanere non ſepultum ſed deferri in exercitu quouſque tota *Scotia* eſſet finaliter adquiſita; ſed [3] quia hoc mandatum non potuit effectui demandari, fuit corpus ejus delatum in *Angliam*, & ſepultum apud *Weſtmonaſterium* anno proxime ſequenti, circa feſtum Sancti *Andreæ*, XXVIII. die Octobris, de quo ſcripſit quidam Verſificator [4] ſic:

Dum viguit Rex & valuit ſua magna poteſtas,
Fraus latuit, pax magna fuit, regnavit Honeſtas.

Edvardus patri ſuccedit.

Cui ſucceſſit EDWARDUS [5] de *Carnarvan* [6] filius ſuus, qui, ſtatim poſt mortem ejuſdem patris ſui, revocavit *Petrum de* [7] *Gavaſtone* ab exilio ſuo, & dedit ſibi Comitatum *Cornubiæ*, & dedit ſibi filiam ſororis ſuæ viz. filiam Comitis *Gloceſtriæ* in uxorem, & ipſius *Petri* conſilio regebatur, ſpretis conſiliis aliorum Nobilium, vel eorum præcipue, quorum conſilio pater ſuus præ cæteris utebatur. Et Dominum *Willielmum de Langetone*, qui fuit Theſaurarius *Angliæ* tempore Patris ſui, fecit carcerari per duos fratres *J.* & *R.* de *Feltone*, qui eum ad *Eboracum* duxerunt, qui Fratres po-

Williel. de Langton incarceratur.

1 Ex magna gravitate M. 2 Delendum opinor illud *ut*. Et ſane abeſt à *Magd.* 3 Deeſt *Magd.* Male. 4 Deeſt *Magd.* 5 L. *Carnarvon.* *Carinarvan* MS. 6 Filius ſuus ſtatim poſt mortem ejuſdem, qui revocavit —. *Magd.* 7 *Gauſton* Id.

Digitized by Google

ſtea mala morte finierunt. cujus facti occaſione Papa *Bonifacius* fecit Conſtitutionem [1] ſpecialem contra omnes, qui in Epiſcopos [2] manus injecerint violentas, quocunque colore quæſito. Item indignati [3] Nobiles contra dictum *Petrum* multa machinabantur, ſicut exitus poſtea comprobavit. Item Comes *Sabaudiæ*, qui fuit conſanguineus & conſiliarius Patris ſui, una cum Domino *Thoma de Grandiſono* licentiam perpetuam receperunt [4] de *Anglia*. Hoc anno [5] Rege *Angliæ* vacante ſolatiis & non armis, *Robertus le Brus* fere omnia Caſtella & fortalitia *Scotiæ* adquiſivit, & cuſtodes deputatos ibi per patrem [6] Regis ammovit.

D. N. J. C.	P. ROMANORUM R.		FRANCORUM	ANGLORUM
M. CCC. VII.	CLEMENTIS V. 3.	ALBERTI I 10.	PHILIPPI IV 23.	EDWARDI V 1.

ANNO DOMINI * M.CCC.VII, inchoando à Feſto Sancti *Michaelis*, [7] EDWARDUS prædictus de *Carnarvan*, anno Regni ſui primo, duxit *Iſabellam*, filiam Regis *Franciæ Philippi*, apud *Bononiam* ſupra mare, XXII die Januarii; & apud *Weſtmonaſterium* die Dominica in quinquageſima, XX die Februarii, tam ipſe quam ipſa Regina fuerunt coronati per Epiſcopum *Wintonienſem Henricum* ex Commiſſione Domini *Roberti* Archiepiſcopi *Cantuarienſis*. Dictæ Coronationi interfuerunt *Carolus*, frater Reginæ, qui fuit poſtea Rex *Franciæ*, Dux *Britanniæ*, *Henricus* Comes *Luceburgenſis*, qui poſtea fuit Imperator: ſed *Petrus* de *Gavaſtone*, in nobili apparatu omnes tranſcendens, invidiam & odium omnium incurrebat. Item *Lodovicus*, frater Regis *Franciæ* fuit ibidem. Poſtea vero per Prælatos, Comites & Nobiles fuit in uno Parliamento ordinatum, quod dictus *Petrus de Gavaſtone* exularet de Regno *Angliæ*: quem Rex duxit uſque ad *Briſtolliam*,

Rex ducit uxorem.

Et coronatur.

P. de Gaveſtone exulat.

1 *Sic Magd.* Epiſcopalem MS. 2 Deeſt *Magd.* 3 *Multi* nobiles *Magd.* 4 Forte legend. de *Anglia* exeundi. 5 Regno M rectius, uti cenſeo. 6 Regem M. * Hoc anno incipit Codex *Rameſienſis*, à quo mutuati ſumus Chronologiam ſequentem, *Trivetianæ* æmulam. 7 i. e. II. poſt conquæſtum.

&

& miſit eum in *Hiberniam*, & totam utilitatem terræ *Hiberniæ* aſſignavit eidem; ubi regaliter vivebat, & fuit bene dilectus: erat enim dapſilis & largus in muneribus dandis, & honoribus & terris [1] ſibi adhærentibus procurandis. Hoc etiam anno miſit Rex unum nuncium Papæ pro liberatione Archiepiſcopi *Roberti*, quem pater ſuus procuravit perſonaliter vocari ad ſedem Apoſtolicam, & à temporalium & ſpiritualium adminiſtratione ſuſpendi.

M. CCC. VIII.	CLEMENTIS V 4.	ALBERTI I 11.	PHILIPPI IV 24.	EDWARDI V 2.

ANNO DOMINI M.CCC.VIII, & ipſius regis EDWARDI ſecundo, rediit de Curia *Romana* *Robertus Cantuarienſis* Archiepiſcopus, plene reſtitutus. Mandavit enim Papa Domino *Willielmo* [2] *de Teſta*, qui fuit in ejus abſentia adminiſtrator temporalium & ſpiritualium Archiepiſcopatus *Cantuarienſis*, quod ſibi redderet omnes fructus reditus & proventus dicti Archiepiſcopatus medio tempore perceptos, qui illud mandatum fideliter adimplevit.

R. Cant. Archiep. reſtitutus.

Ita quod idem Archiepiſcopus poſtea fuit ditior quam unquam prius ſuis temporibus exiſtebat, & ſic ceſſit ſibi ad utilitatem quod fuit ordinatum ad noxam, quoniam ſine communi jure extitit fatigatus; & Dominus *Robertus de* [3] *Burwaſh*, & Magiſter *Philippus Martel*, qui fuerunt miſſi ad Curiam contra eum, ibidem ſubito exſpirarunt. unde verificata fuit una propoſitio, qua conſuevit dictus Archiepiſcopus conſolari: *Nihil nocebit Adverſitas, ubi nulla iniquitas dominatur.*

De [4] factis hoc Anno nihil fuit factum propter latens odium quod fuit inter Nobiles propter [5] *Petrum* prædictum; ſed multa Parliamenta inutiliter celebrantur, quæ nullum ſortiebantur effectum ex cauſa prædicta. Hoc anno oritur [6] illud crimen lamentabile hæreſis contra

1 Sic MS. 2 Abeſt à *Magd.* 3 Burghaſch *Magd.* 4 Factis *armorum* Id. 5 *P. de C.* Id. 6 Aliud *Magd.*

totum

totum Ordinem *Templariorum*, de quo inferius plus dicetur.

M. CCC. IX.	CLEMENTIS V 5.	ALBERTI I 12.	PHILIPPI IV 25.	EDWARDI V 3.

ANNO DOMINI M.CCC.IX, & ipſius Regis EDWARDI III, rediit dictus *Petrus de Gaveſtone* de *Hibernia*, & fuit ſecretus Regi & Rector ipſius ut prius; quod factum omnes fere Prælati & Nobiles regni moleſte ferebant, & præcipue dictus *Robertus* Archiepiſcopus, qui etiam male ferebat nec voluit in aliquo Parliamento de aliquo negotio tractare, pro eo, quod Dominus Rex Epiſcopum [1] *Conventrenſem* apud *Eboracum* tenebat in carcere; [2] quia exilium dicti *Petri de Gaveſtone*, tempore Patris ſui, ut aſſeruit, procuravit, qui quidem dicto Archiepiſcopo poſtea fuit ingratus, ſicut inferioribus apparebit.

P. de Gaveſton revocatur.

Hoc Anno fuit electus in Imperatorem concorditer *Henricus*, Comes de [3] *Lucenburgh* prædictus, qui fuit Vir nobilis & prudens in opere & ſermone, & [4] XXVI die Julii per *Clementem* [5] Papam confirmatus.

Electio Imperatoris.

M. CCC. X.	CLEMENTIS V 6.	HENRICI VII 1.	PHILIPPI IV 26.	EDWARDI V 4.

ANNO DOMINI M.CCC.X, & ipſius Regis EDWARDI IV, factum fuit Concilium [6] principale [7] *London*. contra *Templarios* ſuper hæreſi & aliis articulis turpibus & nefandis, quod Concilium duravit à menſe Maii uſque ad menſem Junii; in quo Concilio *Templarii* capti & accuſati fatebantur famam, ſed non factum, niſi unus vel duo ribaldi in omni ſtatu. Omnes tamen finaliter [8] fatebantur non poſſe de ſibi impoſitis ſe purgare, & ideo adjudicati fuerunt per [9] Conci-

Concilium contra Templarios.

1 Reliqui *Coventrenſem*. 2 *Inter cetera* quia Cod. *Rameſienſis*. 3 *Lucemburgh* Id. *Lucenberh* MS. 4 XXVII die Junii *Magd.* 5 Papam V *Magd.* & *Ram.* 6 Provinciale *Ram.* & M. recte. 7 *Lugdon.* Magd. 8 Fatebantur *in Anglia impetiti & in Francia* non poſſe *Ram.* 9 Concilium *Viennenſe* Id.

lium perpetuæ pœnitentiæ. ita quod ſinguli in ſingulis Monaſteriis poſſeſſionatis detruderentur pro perpetua pœnitentia peragenda, qui poſtea in [1] Monaſteriis hujuſmodi bene ſe per omnia habebant.

Hoc anno Dominus Rex, timens invidiam & odium Majorum regni *Angliæ* pro dicto *Petro de Gaveſtone*, poſuit eum in caſtro de [2] *Banniburgh* pro ſua ſecuritate, aſſerens Prælatis Comitibus & Baronibus & Magnis Regni ſe poſuiſſe eum ibidem, ut placeret eiſdem.

Ordinationes Magnatum.

Hoc Anno factæ fuerunt ordinationes ſuper ſtatu & regimine regni *Angliæ*, per Prælatos, Comites & Barones *Angliæ*, ad hoc electos, quæ fuerunt ſententia excommunicationis vallatæ, nunquam tamen ſervatæ fuerunt. quas Dominus Rex nec approbavit [3] nec ſervavit, licet eas ſuo ſigillo communiri & ad ſingulas Cathedrales Eccleſias & Comitatus pro perpetua Rei memoria mandari feciſſet [4].

Non ſervatæ.

M. CCC. XI.	CLEMENTIS V 7.	HENRICI VII 2.	PHILIPPI IV 27.	EDWARDI V 5.

ANNO DOMINI M.CCC.XI, & ipſius Regis EDWARDI quinto, fuit magna contentio inter Regem *Angliæ* & Nobiles [5] Regni, propter dictum *Petrum de Gaveſtone* & maximus timor guerræ generalis. qui *Petrus* fuit poſtmodum captus, incarceratus, & finaliter [6] interfectus, ſicut inferius continetur.

Concilium *Viennenſe*.

Item hoc Anno Papa *Clemens* quintus celebravit *Viennenſe* Concilium, quod incepit primo die Menſis Octobris, & duravit uſque [7] ad Pentecoſten: in quo Concilio [8] damnavit Ordinem *Templariorum*, Rege *Franciæ Philippo*, dicto *Le Bel*, præſente & illud procurante; ſperavit enim facere unum de filiis ſuis Regem *Jeruſalem*, & quod omnes terras & poſſeſſiones [9] *Templariorum*

1 Deeſt in MS. 2 Sic *Magd. Bramborgh Ram. Bambrok MS.* 3 Nec *fecit obſervari Ram.* 4 *Et publicari* addit idem Cod. 5 Terræ M. 6 Sic recte M. & *R.* afflictus *MS.* 7 II. Non. Maii ante Pentecoſten. *Ram.* 8 Vide ſententiam apud *Gurtlerum* in *Hiſtoria Templariorum*, & alios. 9 *Contemplariorum Ram.* & ſic alibi.

rum fuiſſent eidem filio ſuo conceſſæ; quo propoſito fruſtratus extitit ſatis juſte. nam Papa terras & poſſeſſiones poſtmodum dedit *Hoſpitalariis*, pro quibus in *Anglia* liberandis miſit Papa in fine dicti Concilii Cardinalem *Albanenſem* de Ordine *Ciſtercienſi*, & Epiſcopum *Pictavenſem* rudem, ruſticum, & ignarum, qui fuit poſtmodum Cardinalis Epiſcopus *Albanenſis* [1] indignus; quibus reſtiterunt Comites & Nobiles *Angliæ*, quorum progenitores *Templarios* terris & poſſeſſionibus dotaverunt & damnato Ordine poſſeſſiones hujuſmodi occuparunt. Ita quod dicti Nuncii Papæ, infecto negotio, pro quo venerunt, redierunt, ſed Prælatos & Clerum procurationibus, evectionibus & aliis plurimis gravaminibus vexaverunt, & ſic impinguati, dilatati, & [2] incraſſati Curiam intraverunt.

In dicto Concilio *Viennenſi* Papa *Clemens* fecit multas Decretales ſuper multis dubiis, ſed non fuerunt ſuo tempore publicatæ nec effectui mancipatæ, ſed tempore ſucceſſoris, ſicut inferius apparebit. Decretales *Clementis V.*

Item in dicto Concilio præfatus Rex *Franciæ Philippus* multas petitiones propoſuit & fecit, inter quas fecit præcipuas & arduas, videlicet ut Oſſa *Bonifacii* Papæ octavi, ſicut hæretici, comburerentur. Item quod ipſe Rex *Philippus* & ſucceſſores ſui [3] vocem trium Cardinalium haberent in omni electione Papæ, & in utraque defecit: ſed & voluit feciſſe unum de filiis ſuis Regem *Ieroſolymitanum*, & quod haberet omnes [4] reditus & proventus *Templariorum*; & hac occaſione ipſe prius multos *Templarios* in regno ſuo, & præcipue [5] Magiſtrum magnum Ordinis, & alios multos procuravit, & fecit in Concilio prædicto damnari; ſed propoſitum ſuum de eorum reditibus non habebat, quia poſtmodum fuerunt *Hoſpitalariis* aſſignatæ, non ſine magno pecuniæ interventu. Petitiones Regis *Franciæ.*

Hoc Anno circa feſtum Sancti *Joannis* Baptiſtæ voluit Rex *Petrum de Gaveſtone* ſibi adduci per Dominum

1 *Magnus Ram.* 2 Sic *Magd.* reliqui duo *ingraſſatos.* 3 Vicem *Ram.* 4 *Redditus* omnes Libri, & ſic ſemper. 5 Fratrem *Jacobum de Moleya* Ram.

Digitized by Google

Adomarum de[1] *Valence* Comitem de *Pembroke* ſecuritatis cauſa, & cum eſſent apud[2] *Dadintone* juxta *Bannebury* idem Comes dimiſit eum in nocte, & ivit prope ad unum locum ex cauſa, & in craſtino in aurora venit *Guido*, Comes de *Warwick*, cum comitiva mediocri &[3] Huteſio, & ipſum *Petrum* evigilavit & ad caſtrum ſuum de *Warwick* ſecum duxit; & habita deliberatione poſtmodum cum Majoribus Regni, & præcipue cum *Thoma* Comite *Lancaſtriæ*, finaliter dimiſit eum de carcere ire quo vellet: & quando exivit villam de *Warwick* uſque ad locum, qui dicitur quaſi prophetice[4] *Gaveſſich*, invenit ibi multos homines facientes Huteſium ſuper eum vocibus & cornibus, ſicut ſuper inimicum Regis & Regni, legitime ut lagatum ſive exulatum, & finaliter ipſum, ſicut talem, XIX die menſis Junii, capitaverunt. Cujus caput quidam Frater *Prædicatorum* portavit in capucio ſuo Domino Regi, & poſt corpus Fratres ejuſdem Ordinis quæſiverunt, & apud *Oxon.* cum ſollemnibus vigiliis per annum & amplius[5] tenuerunt; ſed finaliter ſepultus fuit apud[6] *Langeley*, ubi idem Rex ſollemnem Conventum *Prædicatorum* pro anima ipſius ſtatuit, & ibi magnum numerum Fratrum ſtudentium[7] conſtituens, eis de ærario ſuo *London.* congruam exhibuit ſuſtentationem.

P. de Gaveſtone decruncatur.

Sepultus apud *Langley*.

Hoc anno Archiepiſcopus *Robertus* excommunicavit *Walterum*[8] *Conventrenſem*, quia noluit in Provinciali Concilio reſpondere ſuper ea, quod ipſe fuit juratus ſervare dictas ordinationes, ſed poſt etiam contra eas adhæſit Concilio Regis, & fecit dictum *Petrum de Gaveſtone* reconciliari, & ordinationes infringi; ſed hoc fuit ante mortem dicti *Petri*, unde epiſcopus idem ad ſedem Apoſtolicam appellavit, & perſonaliter ipſum adivit, & *Adam*[9] *Murimuth* contra eum per Archiepiſcopum deſtinatus fuit circa feſtum Sancti *Barnabæ*.

Walterus Coventrenſis Epiſc. excommunicatur.

1 *Valencia* M. & R. 2 *Darintone* MS. Sed *Ram.* legit *Davyntre.* 3 *Mag.* habet *Huthefio.* 4 *Gaverſiche* Magd. *Gavareſſiche* Ram. 5 Servaverunt *Magd.* 6 *Langlegh* Id. 7 Conſtituens—exhibere *Id.* 8 *Coventrenſem* & *Lychefeldenſem* Epiſcopum *Ram.* 9 *Murimouth* Reliqui Cod.

Hoc

Digitized by Google

Hoc anno mortuus fuit *Henricus* Imperator, [1] de veneno extinctus ut dicebatur in quodam caſtro prope *Piſanam* Civitatem, in Feſto Aſſumptionis beatæ Virginis.

M. CCC. XII.	CLEMENTIS V 8.	HENRICI VII 3.	PHILIPPI IV 28.	EDWARDI V 6.

ANNO DOMINI M.CCC.XII, Regni ſui VI, requievit Rex diſſimulans, ſed moleſte gerens mortem *Petri de Gaveſtone*, & de vindicta cogitans, cui poſtmodum non pepercit opportunitate captata.

Hoc anno XII die menſis Maii, anno DOMINI M. CCC.XIII, obiit Archiepiſcopus *Robertus*, & fuit concorditer electus Magiſter *Thomas de Cobeham*, exiſtens in *Francia* pro Regni negotiis; & tamen Rex rogavit Papam *Clementem* pro Domino *Waltero* [2] *Reginaldi* Epiſcopo *Wigornienſium*, ut ipſum transferret ad eccleſiam *Cantuarienſem*; quod & factum fuit primo die Octobris, in anno ſequenti. & ſtatim dedit Epiſcopatum *Wigornienſium* Domino *Waltero de Maydeneſtone*, viro utique diffamato in *Anglia*, de inhoneſta converſatione & vita, qui modico tempore poſtmodum duravit. & poſtea Papa *Joannes* dedit ipſum epiſcopatum dicto Magiſtro *Thomæ de Cobeham*, qui [3] poſt verecundiam voluntariæ repulſionis ſuæ ab eccleſia *Cantuarienſi* diu in Curia morabatur, ſicut inferius apparebit. [4] Hoc anno XIII die Novembris naſcitur *Edwardus* primogenitus Regis apud *Windeleſore*.

M. CCC. XIII.	CLEMENTIS V 9.	HENRICI VII 4.	PHILIPPI IV 29.	EDWARDI V 7.

ANNO DOMINI M. CCC. XIII, & ipſius Regis VII, primo die menſis Octobris, fuit proviſum eccleſiæ *Cantuarienſi* de *Waltero Epiſcopo Wigornienſium*, ſicut prius in proximo capitulo tactum eſt. [5] Et

1 *De Veneno* è Cod. *Magd.* 2 Reginald. *Ram.* 3 Poſt verecundiam repulſionis ſuæ ab eccleſia *Cant.* diu morabatur, ut inferius patebit. 4 Hanc pericopen addit *MS.* deſideratur in reliquis. 5 Sunt in hiſce Capitulis Luxationes quædam, indignæ tamen quæ operoſe notentur.

Digitized by Google

Conſtitutiones Conc. *Vien.*

XVI die Martii Papa publicavit [1] Conſtitutiones Concilii *Viennenſis*, quo die fecit *Robertum*, regem *Siciliæ*, vicarium Imperii, vacantis per mortem nobilis militis *Henrici de* [2] *Luceburgh*.

Prœlium memorabile.

Hoc anno DOMINI, [3] mutato tamen in feſto Nativitatis Sancti *Joannis* Baptiſtæ, fuit magnum prœlium prope *Stryvelyn* inter Regem *Angliæ* & exercitum ſuum, [4] contra *Robertum* de *B.* & ceteros magnates de *Scotia*; in quo fuit occiſus comes *Gloceſtriæ*, [5] *Gilbertus*, & multi alii de parte Regis: & comes *Herfordiæ* captus, & multi alii nobiles, & Rex *Angliæ* & alii vix evaſerunt. Remanſit igitur Rex cum ſuis circa partes *Eboracenſium*, & in *Eboraco* tenuit Parliamentum, quod incepit quarta feria poſt aſſumptionem beatæ *Mariæ*, & duravit uſque ad feſtum Sancti *Michaelis*, & ultra. in quo Parliamento parum notabile fuit factum, niſi quod uxor Domini *Roberti le Brus* & Epiſcopus *Glaſcuenſis*, qui diu prius in *Anglia* tenebantur, & *Donaldus de* [6] *Mare* fuerunt redditi pro comite *Herfordiæ*: ſed & omnes alii captivi ſe propria pecunia redemerunt.

Parliamentum *Eborac.*

Clemens moritur.

Hoc anno, mutato anno DOMINI, XX die Aprilis vacavit curia *Romana* per mortem *Clementis* Papæ quinti, apud *Rokka* majorem, prope *Avinionem*, ubi fuit in itinere verſus *Vaſconiam*; & fuerunt Cardinales incluſi in Palatio epiſcopi [7] *Carpentat.*, qui poſtea evaſerunt, & ſe ad partes varias tranſtulerunt.

Edvardus de Windſor naſcitur.

Hoc anno XIII die Novembris *Iſabella* Regina peperit Regi filium apud *Windeſore*, quem fecit baptizari per Cardinalem [8] *Arnold*, & vocari *Edwardum*, qui poſtea regnavit ſicut inferius deſcribitur.

---

1 Sic M. & R. *Quæſtiones* legit MS. 2 Sic MS. *Lucenburgh Ram. Lucemburgh Magd.* i. e. *Luxemburgh.* 3 Mutato tamen abeſt à *Ram.* 4 E Cod. *Ram.* Sequentia uſque ad *in quo* --- deprompta ſunt. Cod. *Magd.* Sic. inter Regem *Anglia* & exercitum Regis *Scotia*. 5 Sic etiam M. *Ram.* autem legit *Robertus.* 6 *Mar Magd. Marle Ram.* 7 Sic MS. *Magd.* habet *Carpent. Ram. Carpentarenſis.* Lege vero *Carpenteractenſis*, i. e. *Carpentrat* in ditione *Avinionenſi.* 8 *Album Magd.* ac ſi legendum eſſet, *Albanum.*

D. N. J. C.	P ROMANORUM R.		FRANCORUM	ANGLORUM
M. CCC. XIV.	VACATIONIS 1.	*HENRICI VII 5.	PHILIPPI IV 30.	EDVARDI V 8.

ANNO DOMINI, M. CCC. XIV, ſemper à feſto Sancti *Michaelis* incipiendo, & ipſius Regis de *Carnarvan* VIII, circa feſtum Sancti *Nicolai*, mortuus fuit [1] *Philippus*, Rex *Franciæ*, dictus *le Bel*, & ſucceſſit ſibi *Ludovicus* filius ſuus, qui fuit prius Rex [2] *Navariæ*, qui ducebatur conſilio *Caroli* avunculi ſui, cujus conſilio cito poſt Paſcha ſuſpenſus fuit *Ingeramus de Mareny*, qui fuit principalis Conſiliarius *Philippi*, patris ipſius Regis *Ludovici*. Item Regina *Navariæ*, uxor ipſius *Ludovici*, & filia comitis *Burgundiæ*, propter adulterium ſibi impoſitum cum Domino *Philippo* [3] *Danno* fuit ſuffocata. qui quidem *Ludovicus*, eodem anno, poſtmodum duxit in uxorem filiam Regis *Hungariæ*, *Clementiam* nomine, & re ut dicebatur. *Philippus Bellus moritur.*

Hoc anno pauca notabilia in *Anglia* fuerunt facta, propter latens odium, & quandoque patens, quod fuit inter Regem *Angliæ* & Nobiles Regni; & præcipue [4] inter comitem *Lancaſtriæ* & comitem de *Warwick* & adhærentes iiſdem.

Hoc anno fuit celebratum Capitulum generale Fratrum *Prædicatorum Londoniis*; in quo unus de Ordine, per appellationes affixas in oſtio eccleſiæ Sancti *Pauli*, totum Ordinem plurimum diffamavit. *Capit. Gen. Prædicatorum.*

M. CCC. XV.	VACATIONIS 2.	FRIDERICI III 1.	PHILIPPI IV 31.	EDWARDI V 9.

ANNO DOMINI M. CCC. XV, & ipſius Regis EDWARDI IX, incipiendo ſemper annum in feſto Sancti *Michaelis*, & finiendo in eodem feſto, ipſo anno finito, vacavit Curia *Romana* Cardinalibus in

* Codex noſter & *Magdalenenſis* mortem *Henrici* imperatoris, duobus annis citius quam oportuit, collocare mihi videntur. Et tota illa pericope de obitu ejuſdem deſideratur in *Cardigan*. ideoque ad mentem optimorum Scriptorum chronologiam Imperatorum reformavimus. 1 Hic loci nonnulla in *Ram*. deſiderantur. 2 *Navarra*. *R*. 3 *Ranne Magd*. 4 Contra *Magd*.

[1] diver-

Digitized by Google

[1] diverſis locis morantibus, ut eſt dictum. Reges *Angliæ* & *Franciæ* miſerunt ſolemnes Nuncios Cardinalibus, ut de ſummo Pontifice univerſali Eccleſiæ providerent; qui finaliter, ad procurationem domini *Philippi*, fratris Regis *Franciæ*, & comitis *Pictaviæ*, in Paſſione DOMINI *Lugdunum* intrarunt. Et in menſe Junii idem Comes, audiens de infirmitate Regis *Franciæ* fratris ſui, mandavit omnibus Cardinalibus, quod in domo *Prædicatorum Lugduni* ſe congregarent, ut ipſe poſſet ab eis ſimul recipere licentiam eundi ad partes ſuas. quibus adunatis ibidem, ipſe recepta licentia mandavit ne quis eorum de clauſtro Fratrum exiret, quouſque eccleſiæ *Romanæ* fuiſſet de Papa proviſum; & conſtituit comitem [2] *Foreſii* & alios Nobiles illarum partium, ad cuſtodiam eorundem, aſſignans iis certum numerum ſervitorum; videlicet cuilibet Cardinali unum clericum & duos domicellos, & unum ſervum modicum, ſi egerent.

Cardinales *Lugduni* congregati.

Eodem menſe Junii mortuus eſt dictus Rex *Franciæ Ludovicus*, relicta uxore ſua prægnante; quæ cito poſtea peperit filium, qui vix VIII diebus vixerat. quo partu mortuo, ſucceſſit dictus *Philippus*, Comes *Pictaviæ*, fratri ſuo; & cito poſtea, viz. VII die Auguſti, electus fuit *Jacobus Cardinalis*, *Portuenſis* Epiſcopus, in Papam in loco prædicto, qui ſe fecit nominari *Joannem* XXII; qui fuit natione [3] *Caterenſis*, poſtea Cancellarius Regis *Siciliæ*, poſt Epiſcopus *Foriulienſis*, poſtea *Avinonenſis* & Auditor Palatii, & poſtea Vicecancellarius, ac poſtmodum Cardinalis *Portuenſis*, & poſtea Papa finaliter, ut eſt dictum. Et quinto die menſis Septembris fuit coronatus in Eccleſia *Lugduni*, præſente Rege *Franciæ* dicto *Philippo*, & frænum ſuum [4] pedes ducente, à dicto loco coronationis uſque ad domum *Prædicatorum*, quo die nulli permiſſum fuit equitare niſi veſtibus ſacris indutis. qui quidem Papa fecit dicto Regi multas gratias, in compenſationem laborum & expen-

Ludovicus R. Franciæ moritur.

Joannes XXII Papa electus.

1 E Cod. *Magd.* 2 *Forenſii Magd. Sttelii Ram.* 3 *Caturenſis Magd.* 4 *Super* pedes *Magd.*

ſarum,

ſarum, quos & quas prius ſuſtinuit pro dicto negotio eccleſiæ, quod promovit; & cito poſtea tranſtulit per [1] *Rhodanum* verſus *Avinionem*, quam II die Octobris intravit; ubi ſe tenuit cum curia multis annis, ſicut inferius apparebit.

Hoc anno mortuus eſt in *Anglia* comes de *Warwick*, *Guido de Bello campo*: item epiſcopus *Wintoniæ* [2] *Henricus*, & electus eſt *J. de Sandale* ibidem, Theſaurarius regis, menſe Julii. Comes de *Warwick* moritur.

In hoc anno fuit magna mortalitas & ſterilitas in *Anglia*, ita [3] quod quarterium frumenti valuit XXX ſolidos, & ultra. Sterilitas magna.

Hoc anno *Scoti* hoſtiliter *Hiberniam* intraverunt, qui finaliter interfecto *Edwardo Le Brus*, qui ſe fecit regem *Hiberniæ* nominari, & multis aliis cum eo interfectis, relicta *Hibernia* abierunt. *Scoti Hiberniam* tentant.

Hoc anno mortuus [4] fuit Magiſter *Willielmus* [5] *Grenefield* archiepiſcopus *Eborum*, & electus fuit dominus *Willielmus de Meltone*, qui venit ad curiam ſede vacante. G. de *Greenfield* moritur.

M. CCC. XVI.	JOANNIS XXII I.	FRIDERICI III 2.	LUDOVICI X I.	EDWARDI V 10.

ANNO DOMINI M.CCC.XVI, & ipſius regis EDWARDI X, & Papæ *Joannis* XXII primo, Idem Papa intravit *Avinionem*, ſecundo die Octobris, ubi fecit in forma Pauperum tres gratias ſucceſſive, & alias ſpeciales gratias infinitas. providit etiam eccleſiæ *Dunelmenſi* de domino *Ludovico de Bellomonte*, qui licet fuit nobilis genere, fuit tamen mediocriter litteratus & claudus utroque pede, ſicut [6] ſunt multi *Francigenæ*, quem ſi Papa vidiſſet, forſitan [7] non creaſſet. Item eccleſiæ *Wigorum*, vacanti per mortem *Walteri de Maideneſtone*, providit de Magiſtro *Thoma* Multas gratias facit Papa.

1 *Rodanum MS.* 2 Deeſt *Magd.* 3 Abeſt à *Magd.* 4 Omnia à *fuit*, uſque ad *W. de Melton*, abſunt à *Magd.* 5 *Granefeld*, *Cardiganenſis* Codex. 6 Abeſt a *Cardig.* 7 Deeſt *Magd.*

Digitized by Google

de Cobeham, cujus electionem ad eccleſiam *Cantuarienſem* reſpuit, ut prius Papa *Clemens*. Item eccleſiæ *Herefordiæ*, vacanti per mortem Magiſtri *R. de* [1] *Suynesfelde*, providit de Magiſtro *A. de Orleton*, IX Kal. Maii.

Rex Papæ jocalia mittit.

Hoc anno parum ante quadrageſimam miſit rex *Angliæ* ſolemnes nuncios ad curiam, viz. comitem de *Penbroke* & epiſcopos *Elienſem* [2] & *Norwicenſem*, dominum *Bartholomæum* de [3] *Badliſmore*, *Antonium de Piſano* & Magiſtrum *Willielmum de* [4] *Buſtone*, archidiaconum *Gloceſtriæ*, per quos miſit Papæ jocalia ſolemnia, & vaſa aurea valde [5] multa, quibus nunciis Papa fecit multas gratias ſpeciales. ſimiliter multis magiſtris nominatis per Univerſitatem *Pariſienſem* & *Oxonienſem* gratias multas fecit; ſed comes de *Penbroke* in redeundo incaute fuit captus per unum domicellum, cui ſibi ſervienti prius in *Anglia* non reddiderat mercedem, ut dixit, & ductus fuit idem comes de *Burgundia* in *Alemanniam*, quouſque fuit plene redemptus.

Item hoc anno circa quadrageſimam confirmavit Papa *Alexandrum* [6] *Dublinenſem* electum. Item *Willielmum de* [7] *Curtlyntone* in abbatem *Weſtmonaſterienſem*. Item *Willielmum de* [8] *Chinſtone* in abbatem de *Eveſham*. Item Dominica ſecunda ſeptembris, [9] mutata tamen incarnatione, fuit conſecratus dominus *Willielmus de Meltone*, *Eborum* electus.

Hugo Geraldi igni traditur.

Hoc anno *Hugo Geraldi*, qui fuit Referendarius *Clementis* Papæ, & epiſcopus [10] *Caturicenſis*, cui impoſitum fuit quod in mortem *Joannis* Papæ fuerat machinatus. [11] quamvis in principio anni perpetuo carceri mancipatus, ſed poſt modum menſe Auguſti fuit degradatus, & tonſus capite, veſte ſtragulata indutus, traditus cu-

1 *Suynsflet Magd.* 2 De *Norwico* MS. 3 *Baldeſmere Card.* 4 Sic MS. reliqui duo habent *Birſtone.* 5 Nobilia *Card.* 6 *Dublenenſem* M. *Dubberlinenſi* MS. 7 *Churtlyngtone Card.* 8 *Chiriſtone* M. *Chiryſtone* C. 9 Mutata tamen data incarnationis *Magd.* 10 Sic MS. *Canturienſis Card. Canturſenſis Magd.* 11 Ita in MS. quaſi *Card.* q. M. Forte legend. *quare.*

riæ

Digitized by Google

riæ ſeculari, viz. Mareſcallo Papæ, qui ipſum trahens de palatio Papæ ad pedes equorum per totam civitatem, poſtremo fuit in campo igne crematus.

Hoc anno miſit dominus Papa in *Angliam* duos Cardinales viz. [1] *Gaucelinum Joannis*, & *Lucam de Gliſco*, pro pace reformanda inter regem *Angliæ* & *Robertum le Brus*; qui, habito colloquio cum rege *Angliæ*, in eundo verſus *Scotiam*, in epiſcopatu *Dunelmenſi*, fuerunt deprædati per dominum *Gilbertum de* [2] *Midletone* Militem, qui propterea fuit poſtea ſuſpenſus & diviſus per quatuor quarteria; & per ſuos *Schaneldarios Marchiæ inter *Angliam* & *Scotiam*, nec voluit *Robertus le Brus* permittere, quod ipſi Cardinales regnum *Scotiæ* intrarent; propter quod iidem Cardinales dictum *Robertum*, & ſibi adhærentes, excommunicarunt, & totum regnum *Scotiæ* ſuppoſuerunt [3] eccleſiaſtica interdictione. & redeuntes poſtmodum per *Angliam*, verſus curiam, tam à Rege quam à Comitibus & Prælatis plura in duplo, quam amiſerunt, receperunt. Item dictus *Gancelinus*, tam ex collatione Papæ, quam aliorum Prælatorum, illo anno beneficia valentia pluſquam mille libras annuatim, non ſine cupiditatis & ambitionis ſpiritu acquiſivit, viz. eccleſias de [4] *Pagham*, de *Holingborne*, de *Lynning*, de Patronatu archieſpiſcopi *Cantuarienſis*; Item eccleſiam de *Hakeneye* juxta *London*. Item Præbendam de *Driffeld*, in eccleſia *Eborum*, quæ dicitur valere *C. Marcas*. Item poſtmodum impetravit eccleſiam de [5] *Stebenhuthe* juxta *Londonias*, vacantem per conſecrationem Magiſtri *Stephani de* [6] *Seygrave*, cui Papa de archiepiſcopatu *Armacano* providit.

Cardinales miſſi in *Angliam*.

Quid illic fecerunt.

Item hoc anno, menſe Julii, diviſit Papa epiſcopatum *Tholoſanum* in V. Epiſcopatus, & fecit eccleſiam *Tholoſanam* archiepiſcopalem, cui providit fratrem comitis [7] *Convenarum*; & totum hoc fecit in odium epi-

Epiſcopatus *Tholoſanus* in V dividitur.

1 *Gancelinum* ceteri *Codd.* 2 *Midlintone MS.* 3 Eccleſiaſtico interdicto *Magd.* 4 *Pageham Card.* 5 *Stebenhethe Card. Stelbenhuthe Magd.* 6 *Segrave M. & C.* 7 *Covennarum M.* * *Scanceldaries C.*

Digitized by Google

D. N. J. C.	P. ROMANORUM R.	FRANCORUM	ANGLORUM

ſcopi *Toloſani*, qui fuit nepos *Clementis* Papæ. ſed ne videretur ex odio hoc feciſſe, diviſit etiam duos alios epiſcopatus in partibus illis, viz. *Narbonenſem* & [1] *Clarmontenſem*.

Hoc anno Papa reſervavit primos fructus per quadriennium, quaſi per totum mundum; ſed in *Alemannia* ſibi nullus parere curavit; *Anglici* vero ſicut boni aſini, quicquid eis imponitur tolerantes, in his & aliis quantumcunque gravibus paruerunt.

M. CCC. XVII.	JOANNIS XXII 2.	FRIDERICI III 3.	LUDOVICI X 2.	EDWARDI II II.

Conſtitutio Papalis.

ANNO DOMINI M.CCC.XVII, & ipſius *Joannis* Papæ anno II, & dicti regis EDWARDI XI, fecit Papa unam conſtitutionem, quæ incipit, *Execrabilis*: per quam caſſavit omnes diſpenſationes ſuper pluralitate Beneficiorum Curatorum, per quoſcunque Prædeceſſores [2] ſuos conceſſas. cujus Conſtitutionis [3] occaſio fuit venalitas hujuſmodi beneficiorum tempore *Clementis*; qui tales diſpenſationes, non habito reſpectu ad perſonarum merita, ſed tantum ad quantitatem pecuniæ, conceſſit [4] eaſdem. quidam tamen aliter interpretantes dixerunt ipſum illud feciſſe, ut multa beneficia ſic vacarent; nam parum antea, ut [5] præmittitur, primos fructus quorumcunque beneficiorum, ubicunque vacantium, reſervavit; & quia collationes beneficiorum, ſic vacantium, collationi ſuæ propriæ reſervavit & contulit, exceptis beneficiis quæ fuerunt de patronatu Laicorum.

Hoc anno, ſicut & primo, ſtetit in palatio epiſcopi *Avynonenſis*, quod mirabili opere ampliavit, & multa notabilia fecit. In *Anglia* vero pauca notabilia contigerunt.

Hoc anno *Robertus Le Brus* caſtrum & villam de

1 Sic *Card. Clarmonſenſem* M. *Clarinentenſem* MS. 2 E Cod. *Card.* 3 Pro *occaſio fuit* MS. legit *occaſione*, 4 Sic Libri omnes. 5 E Codd. M. & C.

Berewick

Digitized by Google

Berewick [1] viriliter acquiſivit, neminem occidendo qui voluit obedire. Hoc anno, menſe Auguſti, rex & comes *Lancaſtriæ* prope *Leyceſtriam*, in quadam planitie, ſunt concordati, & invicem cum multis amplexibus oſculati; ſed vera pax non fuit, ſicut inferius apparebit. *Bruſſius C. de Berwick acquirit.*

M. CCC. XVIII.	JOANNIS XXII 3.	FRIDERICI III 4.	PHILIPPI V 1.	EDWARDI V 12.

ANNO DOMINI M.CCC.XVIII, & ipſius *Joannis* Papæ tertio, ipſius vero regis EDWARDI XII, ſtetit Papa *Avynioniæ*, ut prius, pauca faciens notabilia; niſi proviſiones eccleſiarum Cathedralium. Hoc anno parum ante Pentecoſten venit *Robertus*, rex *Siciliæ*, ad curiam; cujus adventum Papa præſtolatus fuerat diu.

Hoc anno cito poſt Paſcha in quodam Parliamento *Londoniis* petiit rex ſubſidium à Clero contra *Scotos*, qui fuerunt regno *Angliæ* & eccleſiæ *Romanæ* rebelles; quod noluerunt concedere. Prælati irrequiſita licentia ſedis Apoſtolicæ, pro qua licentia obtinenda miſerunt ad curiam dicti Prælati Magiſtrum *Adam Marymuth*, ſumptibus tamen regis, quibus Papa dedit licentiam concedendi regi decimam unam annualem, circa feſtum Sancti *Joannis*. *Rex petit Subſidium à Clero.*

Hoc anno fuit rex in *Scotia* in Autumno, & inſultum dedit caſtro de *Berwick* & ipſum per aliquod tempus obſedit; & dum ipſe fuit ibi, *Scoti* intraverunt *Angliam*, uſque ad *Eboracum* deprædantes & comburentes, ita quod rex rediit ſine victoria, & *Scoti* captis prædis & aliquibus perſonis & [2] *W. de Carmyune*, *Scotiam* redierunt. *Caſtrum de Berwick obſidet.*

Hoc anno vacavit eccleſia *Wintonienſis*, per mortem domini *Joannis* de [3] *Sandale*, in Autumno, menſe Septembris. Item hoc anno *Edwardus le Bruys* cum magno exercitu intravit *Hiberniam*, faciens ſe regem

1 Sic etiam M. fraudulenter *Card.* 2 *W. Dairemy* M. *Warinie* MS.
3 *Sendhale C.*

ibidem,

D. N. J. C.	P. ROMANORUM R.	FRANCORUM	ANGLORUM

ibidem, [1] connivente comite *Ultoniæ*, ut dicebatur; ſed finaliter fuit interfectus in bello, & fere totus exercitus ejus, per dominum *Joannem de* [2] *Byrmingham* & alios *Anglicos*, adhærentes eidem [3] regi *Anglorum* EDWARDO.

M. CCC. XIX.	JOANNIS XII 4.	FRIDERICI III 5.	PHILIPPI V 2.	EDWARDI V 13.

ANNO DOMINI M.CCC.XIX, & ipſius *Joannis* Papæ quarto, ipſius vero regis EDVARDI XIII, Papa exiſtens *Avinoniæ*, ut prius, [4] præconizavit beatum *Thomam de* [5] *Cantilupo*, quondam epiſcopum *Herefordenſem*, X Kal. Aprilis. Item, menſe Maii, ſpreta electione concordi de Magiſtro *Antonio de Bek*, Cancellario *Lincolniæ*, providit eccleſiæ *Lincolnienſi*, vacanti per mortem domini *Joannis* [6] *Daldreb*, de domino *Henrico de Borwaſſe*, nepoti domini *Bartholomæi de Badeleſmere*, qui fuit tum nuncius regis ad Papam pro negotiis arduis & diverſis, & pluſquam XV millia librarum expendit de pecunia regis; ſed nihil regi utile procuravit, niſi promotionem dicti domini *Henrici*, quem rex poſt modum invenit ingratum.

Hoc anno Papa providit domino *Rigaudo de Aſſerio*, nuncio ſuo in *Anglia*, de epiſcopatu *Wintonienſi* de quo rex male contentebatur, [7] ſed cauſa pecunialiter convicta ipſum dimiſit in pace.

Paſtores T. S. adire cupiunt.

Hoc anno multi Paſtores pecudum, & quidam alii ac mulieres de *Anglia*, & aliis partibus mundi, collegerunt ſe, volentes acquirere *Terram Sanctam*, & inimicos Chriſti interficere, ut dicebant: & quia non potuerunt magnum mare [8] pertranſire, multos *Judæos* in partibus *Tholoſanis* & *Aquitaniæ* occiderunt, aſſerentes eos fidei inimicos, ob quam cauſam multi eorum capi-

1 Comitante M. 2 *Burmingham MS.* 3 Abſunt hi *Card.* eiſdem M. qui quidem Codex ſequentia addit: *Eodem anno ſtatutum eſt per J. epiſcopum Norwicenſem de non miniſtrando panem non conſecratum die Paſchatis.* 4 Canonizavit *Card.* 5 *Cantelippo M.* 6 *Daldreby C. Aldreldi M.* 7 Sed cauſa pecuniæ aliter commixta eſt *MS.* 8 Deeſt *Magd.*

talem

Digitized by Google

talem ſententiam ſubierunt, & alii, fruſtrati ſuo propoſito, redierunt; & ſic:

Vertitur in nihilum, quod fuit ante nihil.

Hoc anno Papa conceſſit regi *Angliæ* decimam bonorum Eccleſiaſticorum per unum annum, ut prius. anno iſto, menſe Junii, dominus rex *Angliæ* venit [1] *Ambianis* obviam regi *Franciæ*, & recepit ab eo ducatum ſive comitatum *Pontiniæ*, quem rex *Franciæ* in ſua [2] novitate, propter non factum homagium, [3] occupavit.

M. CCC. XX.	JOANNIS XXII 5.	FRIDERICI III 6.	PHILIPPI V. 3.	EDWARDI V 14.

ANNO DOMINI XX, & ipſius *Joannis* Papæ V, ipſius vero regis EDWARDI XIV, fuerunt diffamati Leproſi quaſi per totam Chriſtianitatem, quod ipſi [4] deberent iniiſſe fœdus cum *Saracenis* ad intoxicandum *Chriſtianos* ubique terrarum; & ſic in multis partibus fecerunt, ponendo venenum in fontibus, puteis, doliis, & aliis locis. ſuper quo fuerunt multi de *Provincia* & *Francia* convicti, & combuſti. & *Judæi* detenti & incarcerati, propter auxilium & conſenſum eis præſtitum, ut publice dicebatur. Hoc anno fecit Papa VIII Cardinales, omnes de partibus ſuis, & *Francia*. Leproſi diffamati.

Hoc anno in odium *Hugonis le Diſpenſer* [5] filii, qui duxit regem ad nutum, nec permiſit regem eſſe alicui utilem niſi ſibi, nec permiſit aliquem nobilem de regno cum rege colloquium obtinere niſi raro, ipſomet *Hugone* verba audiente & reſponſionem ad libitum ſuum dante, inſurrexerunt Comites & Barones *Angliæ*, & omnia bona dicti *Hugonis* & patris ſui, ac eis adhærentium, in *Wallia* & in *Marchia* occuparunt, & in *Anglia* devaſtarunt; & fuerunt Capitanei Baronum comes *Herfordiæ*, & duo *R. de Mortuo mari.* [6] *K.* [7] *de Amori. B.*

1 Sic etiam *Magd. Cardig.* vero legit *ambulans.* Forte *Ambianis.* 2 Nativitate *Card. Male.* 3 Computavit *Magd.* itidem *male.* 4 Iniviſſent *Card.* 5 C. *Magd.* addit, *Regis Camerarii.* 6 *L. MS.* 7 *De Amory Card. Damori Magd.*

de

de Badeleſmere. H. [1] *Tyes*, *Mauricius de Berkeley*, & multi alii manifeſte. comes vero *Lancaſtriæ* conſenſit expreſſe, & comes de *Penbroke* occulte. dictus tamen *Hugo* quandoque trans mare, quandoque in mari, de ordinatione regis navigio latitavit: ac demum in Parliamento apud *Weſtmonaſterium*, ad feſtum Aſſumptionis celebrato, fuerunt exulati dicti domini *Hugones* abſentes, contra voluntatem regis; tamen contradicere non audebat. cui ſententiæ paruit pater, filius vero non; ſed ſemper latitavit in mari, quouſque eſſet Parliamentum ſolutum. & poſtmodum rex ivit ad eum, & duxit eum per mare ad *Berewick*, ubi ordinaverunt quomodo poſſent de Baronibus vindicari: & hoc fuit parum ante feſtum Sancti *Michaelis* [2].

HH. Diſpenſatores exulant.

M. CCC. XXI.	JOANNIS XXII 6.	FRIDERICI III 7.	PHILIPPI V 4.	EDWARDI V 15.

ANNO DOMINI M.CCC.XXI. dicti *Joannis* Papæ ſexto, & ipſius regis EDWARDI XV, circa feſtum Sancti *Michaelis* domina regina *Iſabella*, ex ordinatione domini regis, venit ad caſtrum de *Ledes* in *Cantia*, quod tunc tenuit dominus *Bartholomæus* de *Badeleſmere*, in quo tamen ipſe non fuit; ſed fuit uxor ſua cum filiis & aliis ad caſtri cuſtodiam deputatis. & ipſa regina petivit ad pernoctandum ingreſſum, qui ſibi fuit denegatus aperte, unde dominus [3] rex fecit caſtrum dictum per omnes populares vicinos ibidem, & per V Portus, ac per nonnullos de *London* & *Eſſexia* obſideri; qua obſidione durante venerunt Comites & Barones apud *Kingeſtone*, in vigilia Apoſtolorum *Symonis* & *Judæ*, magna comitiva ſuffulti, & miſerunt ad regem dominum archiepiſcopum *Cantuarienſem*, & epiſcopum *Londonienſem*, & comitem de *Penbroke* ad mitigandam iram ipſius & ad ro-

Caſtrum de *Ledes* obſeſſum a Rege.

1 *Tyeys C.* 2 Cod. *Card.* addit: *Pridie exaltationis Sanctæ Crucis, quo die ſupervenit inundatio aquarum tranſeuntium muros maritimos, qualis non fuit à L. annis.* 3 Rex *fuit iratus, &* fecit.

gandum

gandum quod obſidionem amoveret uſque ad Parliamentum; ita quod habito Parliamento caſtrum redderetur eidem. quorum requiſitioni rex acquieſcere non curavit. ac ipſi Comites & Barones ad partes ſuas vecorditer redierunt; ita quod finaliter redditum fuit caſtrum ad gratiam regis, cum perſonis exiſtentibus in eodem. Quo facto XII fortiores, qui caſtrum tenuerunt, ſtatim [1] ſuſpenſi fuerunt ibidem, viz. *Walterus Colpepir* & alii; ſed uxorem & ſororem domini *Bartholomæi* de *Badeleſmere* & domini *G. de Borwaſch* cum quibuſdam aliis miſit ad Turrim *Londoniarum*. Et circa adventum DOMINI rex direxit ſe verſus *Marchiam* cum exercitu [2] magno, & circa X diem Decembris archiepiſcopus vocavit Concilium *Londoniis*, ad quod pauci venerunt propter horrorem & viarum diſcrimina, & temporis brevitatem. in quo fuit declaratum per paucos Prælatos præſentes, quod proceſſus exilii duorum [3] *H H. Diſpenſer* fuit erroneus; & rex cum ſuo Concilio pronunciarunt illud exilium non tenere, & eos reſtituerunt. Et fuit rex in feſto Nativitatis DOMINI [4] *Ceſtriæ*, & [5] noluit ire [6] *Gloceſtriæ*, quia villa tenebatur per quoſdam Barones; ſed illa via dimiſſa ivit per *Wigorniam*, & partes illas, verſus *Salopiam*, & deſtinavit quoſdam ad parandum viam ſuam per [7] *Bruggenorth*; quibus occurrit pars alia & cepit caſtrum, & quoſdam occidit, aliquoſque fugavit, & extunc rex utlagavit omnes qui ibi fuerunt, & plures. Et fecit terras eorum per totam *Angliam* ſeiſiri, & poſtea venit *Salopiam* per aliam viam. ubi venerunt [8] duo *Rogeri de Mortuo mari* ad pacem ſuam per mediationem fraudulentam Comitum de *Pembroke*, *Mareſcalli*, *Richmundiæ*, de *Warenna*, qui multa promiſerunt ſub qua forma neſcitur: & poſtea quidam alii, ſcilicet *Mauricius de Berkley*, [9] *Henricus*

Et captum.

Concilium London.

Bellum inter Regem & Proceres.

1 *Tracti & ſuſpenſi Card.* 2 Suo M. 3 *H.& H.* reliqui duo *CC.* 4 *Ciceſtria M. Circeſtria C.* 5 Voluit *Card.* 6 Sic antea *Ambianis*. vel legi poteſt *Glouceſtre*. 7 *Briggenorth C.* 8 Sc. avunculus & nepos *Magd.* 9 Forte cum M. leg. *Daudeley*. *Card.* omiſſo de *Audeley*, legit *Mauritius* de *Berkeley* pater.

Digitized by Google

de Hauley pater, Magiſter *Reſus* ſe reddiderunt domino regi; & rex miſit illos de *Mortuo mari* ad turrim *Londonienſem*, *Mauricium de Berkley* ad *Wallingford*, *Reſum* ad [1] *Doveriam*. ſed comes *Herfordiæ*, *Gilbertus Tulebot*, *R. de Amori*, & omnes alii de parte ſua, [2] tranſtulerunt ſe verſus partes Boreales ad comitem *Lancaſtriæ*, qui eos dicitur ſuſcepiſſe; dominus vero rex collegit magnum exercitum verſus partes boreales circa principium Quadrageſimæ, & ibi habuit conflictum talem qualem cum comitibus *Lancaſtriæ*, *Herfordiæ* [3] apud *Burton* ſuper *Trentam*, & comites cum ſuis complicibus fugerunt & apud [4] *Burbriggus* obviaverunt eis multi de partibus [5] *Humberlondiæ*, quorum dux fuit dominus *Andreas de* [6] *Harkeley*, ubi in conflictu gravi comes *Herfordiæ* fuit occiſus, XVI die Martii, comes *Lancaſtriæ* & XVI Barones capti. Et die Lunæ, XXII die Martii, ante Paſſionem comes *Lancaſtriæ* decollatus in dominio ſuo apud *Pontem-Fractum*, & VI Barones tracti & ſuſpenſi. Item apud *Eboracum* tracti & ſuſpenſi fuerunt *R. de Clifford* & *J. de Moubrey* & quidam alii. Item *Londoniis* dominus *Henricus Tyes*, & apud *Cantuariam B. de* [7] *Badeleſmere*, apud *Gloceſtriam J.* [8] *Gifferd*, apud *Briſtolliam H. de* [9] *Wilntone*, & quidam alii; & factum fuit Parliamentum apud *Eboracum*, ſicut inferius continetur.

Comes *Lancaſtria* ſecuri percuſſus.

Hoc anno in [10] hieme obiit [11] epiſcopus *Conventrenſis*, *Walterus de Langtone*; & proviſum fuit ad preces regis domino *Rogero de* [12] *Northburgh*, Clerico regis, per Papam virtute reſervationis, quæ dicitur facta. Et hoc anno, circa Pentecoſten, dominus Papa fecit gratiam in forma communi generalem pro pauperibus.

Parliamentum *Eborac.*

Hoc anno in tertia ſeptimana poſt paſcha anno DOMINI M.CCC.XXII. factum fuit Parliamentum *Eboraci*, in quo multa [13] facta fuerunt. In quo factus

1 *Doveriam C.* 2 Tranſierunt M. 3 Deſid. in M. 4 *Borbrigge C. Burghbrigge* M. 5 *Northumberland Magd.* 6 *Herkley Id.* 7 *Bladeleſmere Magd.* 8 *Giffard C. Gifford* M. 9 *Welyntone* M. 10 *Teme* ſine aſpirat. *Card.* & *MS.* 11 E Codd. *Mag.* & *Car.* 12 *Norburgh* M. 13 Deeſt M.

fuit

fuit comes [1] *Wintoniæ* dominus *H. Diſpenſator* pater, cui dedit caſtrum & honorem de [2] *Doningtone* quod fuit de Comitatu *Lincolnienſi.* & ad feſtum Sancti *Jacobi* congregavit D. Rex magnum exercitum & intravit in *Scotiam*; & *Scoti* deſtruentes omnia, quæ poſſent prodeſſe ad victum *Anglicorum*, retraxerunt ſe ultra *Mare Scoticum*, ita quod rex rediit, nihil acto, quod meruit ſcribi. & remiſit exercitum ſuum ad partes ſuas; quo intellecto, [3] venerunt *Scoti* & invenerunt regem in quodam loco Foreſtæ de [4] *Blakemore*, & [5] inſilientes in Regem & ſuos, gravem inſultum dederunt; ita quod rex cum ſuis ſecretioribus vix evaſit. & capti ſunt per *Scotos* comes *Richmundiæ* & dominus de *Syliaco*, Nuncius regis *Franciæ* & multi alii. Unde *Scoti*, per totam patriam deprædantes & comburentes uſque ad *Eboracum*, permulta mala fecerunt [6] uſque ad villam de *Riponus* & multos Clericos Collegiatæ eccleſiæ & etiam Laicos occidentes. ſed in villa de *Beverlaco* neminem occiderunt; quia pro CCCC libris ſe *Burgenſes* & Canonici redemerunt. & ſic *Scoti* propter inſtantem hiemem redierunt.

Rex *Scotiam* intrat.

Revertitur.

Scoti Angliam vaſtant.

Hoc anno fecit dominus rex *Angliæ* dominum *Andream de Herkley* comitem *Carliolenſem*, & quaſdam terras in *Marchia Scotiæ* ſibi dedit. Hoc anno mortuus fuit rex *Franciæ Philippus*, filius *Philippi*, cui ſucceſſit in regno *Carolus* frater ejus qui fuit prius comes *Marchiæ* [7] *Vaſconienſis*. Heredes etiam & uxores omnium [8] interfectorum, ut præmiſſi, & carceratorum incarcerabantur, & extra poſſeſſiones tenebantur, & uxores indotatæ manentes extra terras ſibi propria ſucceſſione debitas tenebantur, tempore dicti regis.

Philippus A. Franc. moritur.

---

1 *Wynceſtria MS.* 2 *Tymby* M. *Tutteburg* de Comitatu *Lancaſtria Card.* 3 Intervenerunt M. 4 *Blakbonmore C.* 5 Irruentes *Ceteri.* 6 *Uſque ad.* è Cod. M. depromta. Sed melius, uti cenſeo, ſic legit *Card. Willelmum de Ryponus & multos alios* ---. 7 Juxta *Vaſconiam* M. & C. 8 Interfectorum *in Anglia Card.*

D. N. J. C.	P. ROMANORUM R.		FRANCORUM	ANGLORUM
M. CCC. XXII.	JOANNIS XXII 7.	FRIDERICI III 8.	PHILIPPI V 5.	EDWARDI V 16.

ANNO DOMINI M.CCC.XXII, dicti *Joannis* Papæ VII, dicti vero regis EDWARDI XVI, circa feſtum Purificationis dominus *Andreas de* [1] *Herkley*, comes [2] *de Carliolis* factus noviter, ut eſt ſcriptum, ſub colore pacis faciendæ finxit ſe velle ducere ſororem *Roberti le Brus* in uxorem; unde rex *Angliæ*, ipſum reputans proditorem, fecit eum capi, & per dominum *Antonium de Lucy*, qui fuit ſpecialiſſimus eidem comiti & de quo pleniſſime confidebat, qui comes fuit poſtea in eadem villa, III die Martii, decapitatus, ſuſpenſus, & in quatuor quarteria diviſus eſt. cujus caput miſſum fuit *Londonias*, & quatuor quarteria per quatuor partes *Angliæ*. Item hoc anno captus fuit *Robertus* [3] *Aquarrus*, & in feſto Sancti *Stephani*, *Wintoniæ* in carcere expiravit.

Andreas de Herkeley ſecuri percuſſus.

Treuga cum Scotis.

Eodem anno, in menſe Junii, inita fuit treuga cum *Scotis*, per annos XIII duratura. Hoc anno vacavit eccleſia *Wintoniæ* per mortem domini *Rigandi de* [4] *Aſſero* in curia, cui providit Papa de *Magiſtro Joanne de Stretford*, in curia tunc præſenti, per regem contra *Scottos* ad ipſam curiam deſtinato. de quo rex fuit offenſus, pro eo quod ipſe ſcripſit *Magiſtro Joanni*, quod ipſe procuraret dictum Epiſcopatum conferri *Roberto de Baldok*, Cancellario ſuo; ſed litteræ ad curiam nimis tarde venerunt.

Nuncii Regis Franciæ.

Hoc anno, circa gulam Auguſti, venerunt ad regem *Angliæ*, apud *Pikeringe*, nuncii regis *Franciæ Caroli*, viz. dominus *Beoville* & dominus *Andreas de Florentia*, ad citandum & monendum eum, quod veniret infra certum tempus, ad faciendum homagium ſuum ipſi *Carolo*, novo regi *Franciæ*, pro ducatu *Aquitaniæ*. & licet *H. Diſpenſator* filius & *R. de Baldock* procuraſſent

---

1 *Harkeleye* C. 2 *Carliolenſis* M. 3 *Aquarius Codd.* reliqui. 4 *Aſſerio* M. & C.

nuncios

Digitized by Google

nuncios ipſos, quod ipſi non notificarent regi illam cauſam ſui adventus, ipſi tamen in [1] receſſu ſuo monuerunt eum quaſi conſulendo, quod ipſe veniret, ſicut fuit iis injunctum quod facerent & monerent: ſuper qua monitione ſive citatione dictus dominus *Andreas de Florentia*, qui fuit Notarius, fecit publicum inſtrumentum; virtute cujus rex *Franciæ* fecit proceſſum contra regem, & terras multas *Vaſconiæ* ſeiſiri, ſicut inferius apparebit, & totum in pœnam contumaciæ regis *Angliæ*, qui informatus fuit per malos Conſiliatores quod ipſum præfata citatio, ſeu monitio, non artabat.

Hoc anno circa gulam Auguſti dominus [2] *Rogerus de Mortuo mari* evaſit de turri *Londoniæ*, ubi in carcere tenebatur; & tranſivit in *Franciam* per cautelam.

Hoc anno epiſcopus *Glaſcuenſis* & *Thomas* [3] *Rondulf*, comes *Moraviæ*, miſſi ſunt per *Robertum le Brus*, & totum regnum *Scotiæ*, ad curiam *Romanam*, pro habenda relaxatione excommunicationum & interdicti ſententiarum, in regnum & regnicolas *Scotiæ* per Cardinales auctoritate Papæ, ut præmiſi, prolatarum; ſed curiam non intraverunt ante feſtum Sancti *Michaelis*. Et quia Magiſter *Joannes de* [4] *Stretford*, qui fuit in curia pro rege, promotus ad epiſcopatum *Wintoniæ* revertebatur in [5] *Anglia*, dominus rex miſit, contra comitem *Moraviæ* & epiſcopum *Glaſcuenſem*, unum ſimplicem Clericum ad curiam, ad impediendum propoſitum *Scotorum*, & ad reſiſtendum eidem: qui ſimiliter circa feſtum Sancti *Michaelis* curiam *Romanam* intravit, & menſe Octobris locutus fuit cum Papa, offerens ex parte regis *Angliæ*, ſe velle probare *Scotorum* manifeſtam & notoriam offenſam, non ſolum contra regem & regnum *Angliæ*, ſed etiam contra Apoſtolicam ſedem contractam, ita quod, ante ſatisfactionem, non poſſent dictæ cenſuræ relaxari de jure.

Oratores *Scotiæ Romam* miſſi.

1 Proceſſu *C.* 2 *Rogerus* de mortuo-mari *junior C.* 3 *Randulph M. Randulf C.* 4 *Stratford C.* 5 Sic *MS.* in ceteris libris legi poteſt *Angliam.*

Digitized by Google

D. N J. C.	P. ROMANORUM R.		FRANCORUM	ANGLORUM
M. CCC. XXIII.	JOANNIS XXII 8.	FRIDERICI III 9.	CAROLI IV 1.	EDWARDI V 17.

ANNO DOMINI M.CCC.XXIII, Pontificatus *Joannis* Papæ VIII, dicti vero regis EDWARDI XVII, cito poſt feſtum Sancti *Michaelis* intraverunt curiam epiſcopus *Glaſcuenſis* & comes *Moraviæ*, & locuti fuerunt cum Papa & cum Cardinalibus, domino de [1] *Sulliaco* eos ducente; qui ſe fecit quaſi mediatorem inter *Angliam* & *Scotiam*. intravit etiam ſtatim poſt eos dictus Clericus *Angliæ*, offerens ſe probaturum notorias & manifeſtas offenſas, ſicut ſuperius dictum eſt. Et ſic factum fuit, ex utroque latere, quod *Scoti* infecto ſuo negotio redierunt.

Dux *Bavariæ* excommunicatur.

Hoc anno citavit Papa ducem *Bavariæ*, in Imperatorem electum, ut infra certum terminum veniret ad curiam, & de electione [2] eccleſiam de jure ſuo doceret; &, quia non venit in termino præfixo, excommunicavit eum, & poſtmodum pronunciavit eum nullum jus habere in imperio vel ad [3] illud; & ſi quod habuit privavit eundem, viz. XVII die Julii.

Exercitus à *R. Fr.* in *Vaſconiam* miſſus.

Circa hoc tempus rex *Franciæ* miſit dominum *Carolum de* [4] *Valeys*, patruum ſuum, in *Vaſconia* cum magno exercitu, ad invadendum poſſeſſionem totius ducatus *Aquitaniæ*, pro eo quod rex *Angliæ* non venit ad faciendum homagium ſuum pro ducatu & comitatu *Pontinii*, quem ſeyſivit: ad quod faciendum fuit vocatus, ſicut ſuperius eſt expreſſum. cui domino *Carolo* venit obviam *Edmundus de Woodſtock* frater regis *Angliæ*, & comes *Cantuarienſis* cum multis nobilibus *Angliæ* in *Vaſconiam* propterea deſtinati; & in quantum poterant reſiſtebant. ſed poſtquam dictus *Carolus*, nullo reſiſtente, totam [5] *Agenniam* & illas partes equitaverat & ſeyſivit uſque ad villam de *Regula*, in qua fuit dictus comes *Cantiæ* tenens villam ad tempus, finaliter fuit

1 *Silliaco M. Suliaco Cardig.* 2 Abeſt ab M. & *C.* 3 Aliud *MS.*
4 *Valeis C. Valeys M. recte.* 5 Sic *MS. Augenniam M. Angoniam C.*

trenga

Digitized by Google

treugæ inita inter eos uſque ad certum tempus, infra quod poſſent de pace tractare, & reddita illa villa, utraque pars ad propria remeavit.

Hoc anno tenuit rex *Angliæ* Parliamentum *Londoniis*; in quo fecit inquiri contra *Adam* epiſcopum *Herefordiæ* ex officio, per legales viros de comitatu *Herefordiæ*, ſuper eo quod adhæſit illis de *Mortuo mari*, & aliis inimicis regis, [1] & dicebant quod idem epiſcopus favebat illis, accommodando iis homines, equos & arma. & licet ipſe epiſcopus noluerat reſpondere de [2] inquiſitione facta contra eum, rex mandavit omnia temporalia ſua ſeyſiri, & teneri, ſicut illius, qui fuit proditor regis. In hoc Parliamento ad petitionem Prælatorum conceſſit rex, quod [3] omnia corpora Nobilium, pendentium in patibulis, tradi poſſent eccleſiaſticæ ſepulturæ. In hoc Parliamento petiit rex ſubſidium à Clero & populo pro liberatione & redemptione domini *Joannis de Britannia*; ſed defecit. Parliament. Londen.

M. CCC. XXIV.	JOANNIS XXII 9.	FRIDERICI III 10.	CAROLI IV 2.	EDWARDI V 18.

ANNO DOMINI M. CCC. XXIV, Pontificatus *Joannis* Papæ IX, dicti vero regis EDWARDI XVIII, regina *Angliæ Iſabella* tranſivit mare pro pace facienda inter fratrem ſuum regem *Franciæ* & Maritum ſuum regem *Angliæ*. quæ in *Francia* per totam quadrageſimam & æſtatem morabatur, & rex *Angliæ*, vir ſuus, in *Cantia*; ita quod [4] curſus haberi poſſet facilius Nunciorum. unde finaliter extitit concordatum: quod rex *Angliæ* daret *Edwardo* filio ſuo primogenito ducatum *Aquitaniæ*, & comitatum *Pontinii*; & rex *Franciæ* reciperet homagium [5] ipſius filii, & redderet ſibi ſtatim comitatum *Pontinii*, & terras in *Aquitania* de quibus fuit privatus; & de aliis equi- *Iſabella. Reg. Ang. Franciam petit.* Conditiones pacis ab ipſa facta.

1 Ut dicebatur, eiſdem inimicis accommodando homines —. M. & C.
2 Reſpondere inquiſitionem facientibus contra eum. *C. Melius uti cenſeo.*
3 Deeſt M. & *C.* 4 *Concurſus C.* 5 Illius M.

tatis

tatis per avunculum ſuum *Carolum* faceret ſibi juſtitiæ complementum. ſuper quibus omnibus miſit rex *Franciæ* litteras ſuas patentes in *Angliam*, & alias litteras de conductu ſalvo, tam pro filio quam pro rege *Angliæ*, [1] ſi ipſe mallet in propria perſona venire; ſuper qua optione multi magni tractatus fuerunt apud [2] *Languedone*, & apud *Doveriam*, multis conſulentibus quod rex in propria perſona tranſiret. ſed pater & filius *Diſpenſer*, qui nec audebant mare tranſire, nec rege tranſeunte in *Anglia* remanere, propter odium [3] Comitum & Nobilium qui perfecto odio oderant illos, dederunt Conſilium & prævaluerunt, ut filius regis tranſiret; cujus tranſitus in caput ipſorum, ſicut patebit ex ſequentibus, redundavit. Unde dominus rex *Angliæ* fecit chartam filio ſuo prædicto, de Ducatu & Comitatu habendis & tenendis ſibi & heredibus ſuis regibus *Angliæ*; & ſi contingeret ipſum mori in vita patris ſui, terræ redirent ad ipſum patrem. Ita etiam quod rex *Franciæ* non poſſet dictum filium regis maritare, nec tutorem [4] aut curatorem ſibi dare. Quæ ordinatio fuit facta *Doveriæ* per Chartam regis ex conſenſu Prælatorum & aliorum Nobilium regni præſentium tunc [5] ibidem.

Edwardus F. regis in Galliam tranſit.

In craſtino Nativitatis beatæ *Mariæ*, anno DOMINI ſupradicto, & die Jovis ſequente, idem *Edwardus* filius regis mare tranſivit; & cum eo *W*. epiſcopus *Exonienſis*, & alii in numero competenti. & circa feſtum Sancti *Matthæi* fecit homagium avunculo ſuo, regi *Franciæ*, ſub quibuſdam proteſtationibus; fuit etiam è contrario proteſtatum.

Hoc [6] anno Papa providit eccleſiæ *Norwicenſi* de domino *Willelmo de* [7] *Hermynne*, ad preces *Iſabellæ* reginæ, quia fuit nuncius illo anno ſæpe inter regem *Angliæ* & reginam. Item providit Magiſtro *J. de* [8] *Ros* de epiſcopatu *Karliolenſi*.

1 Sed M. 2 *Langedone* M. & C. 3 Communitatis. 4 Nec M. 5 Ibidem in craſtino ---. Et die M. 6 Hoc anno obiit *J*. epiſcopus *Norwic*. pridie nonas Julii, cui epiſcopatui providit Papa ---. M. 7 *Ayremynne Car. Dairmyne* M. 8 *Roos Card.*

Hoc

Hoc [1] anno [2] *Guelfi* [3] venientes *de Florentia* ad *Lucam*, ſumptibus & de mandato Papæ, per *Gibellinos* capti fuerant, & multi interfecti, ac ceteri in fugam converſi. Guelfi interfecti.

M. CCC. XXV.	JOANNIS XXII 10.	FRIDERICI III 11.	CAROLI IV 3.	EDWARDI V 19.

ANNO DOMINI M. CCC. XXV, pontificatus *Joannis* Papæ X, dicti vero regis XIX, ſtatim poſt feſtum Sancti *Michaelis*, voluit rex *Angliæ* quod domina regina *Angliæ* & filius ſuus prædictus, facto homagio, ut præmittitur, cito redirent; ſed ipſi, remiſſa magna familia utriuſque in *Angliam*, ibidem per totum illum annum remanſerunt, ut dicebatur, inviti. aliis aſſerentibus quod voluntarie, propter nimiam familiaritatem contractam inter [4] dictam reginam & dominum *Rogerum de Mortuo-mari*, ſine quo, & aliis Nobilibus de *Anglia* [5] profugatis, noluit dicta regina redire; & maxime in odium illorum *Diſpenſariorum*, qui anno præcedenti procuraverunt familiam reginæ ab ipſa removeri, quod propoſitum reginæ exitus negotii poſtmodum comprobavit. quod percipiens *Willielmus* epiſcopus *Exonienſis*, de comitiva dictæ reginæ, [6] in *Angliam* clam receſſit. Regina Ang. negat redire. Hanoniam adit.

In fine vero ejuſdem anni, dicta domina regina verſus *Hanoniam* ſe tranſtulit, & comiti *Hanoniæ* & conſilio ipſius adhæſit: [7] ipſaque cum filio prædicto, & comite *Cantiæ Rogero de Mortuo-mari*, [8] & hominibus aliis de *Anglia* profugatis, [9] fultique comitiva domini *Joannis*, fratris ejuſdem comitis *Hanoniæ*, & aliis multis [10] ſtipendiariis tam de *Alemannia* quam de *Hanonia*, die Veneris proxima ante feſtum Sancti *Michaelis* apud [11] *Orewelle*,

1 Hæc pericope de *Guelfes* & *Gibellinis* deſideratur in *Magd.* qui tamen addit prodigium ſequens: *Circa idem tempus obiit quadam mulier in* Norfolch, *nomine* Jonetta, *qua non comedit neque bibit per triginta & unum annos.* 2 *Gelfi C.* 3 Regnientes *MS.* 4 Dominam M. & *C.* 5 Fugatis M. 6 E C. & M. 7 Propter quod cum filio *Card.* 8 Et aliis nobilibus & hominibus *Id.* 9 *Multaque Id.* 10 Carpendiariis *Id.* 11 *Orewille MS.*

Digitized by Google

D. N. J. C.	P. ROMANORUM R.	FRANCORUM	ANGLORUM

Angliam intrat.

welle, in portu de[1] *Herewich*, *Angliam* intraverunt; & ibi in terra comitis *Mareſcalli* applicuerunt. Et ſtatim idem comes *Mareſcallus*, & comes *Leyceſtriæ*, & alii Barones & Milites, illarum partium, adhæſerunt eiſdem; & ita fecerunt Prælati fere omnes, & præcipue *Lincolnienſis*, *Herefordenſis*,[2] *Dunelmenſis*, & *Elienſis*, qui cum eadem regina magnum exercitum congregaverunt. Alii vero & præcipue *W. Cantuarienſis* ſibi pecuniam miniſtrarunt.

M. CCC. XXVI.	JOANNIS XXII 11.	FRIDERICI III 12.	CAROLI IV 4.	EDWARDI V 20.

Rex verſus Walliam fugit.

ANNO DOMINI M. CCC. XXVI, pontificatus *Joannis* Papæ XI, dicti vero regis EDVARDI XX, & ultimo. Idem dominus rex, percipiens quod regina & filius ſuus applicuerunt, & quod tota communitas regni adhæſit[3] eiſdem; cum duobus *Diſpenſatoriis*, & *Roberto Baldok*, & paucis aliis ſecretariis ſuis, ſe tranſtulit verſus *Marchiam*, & venit *Gloceſtriæ*, & poſtmodum ad *Strogoil*: & dimiſit dominum *Hugonem Diſpenſer* Patrem ad caſtodiam villæ & caſtri *Briſtolliæ*, & poſuit ſe in[4] aquam cum domino *Hugone Diſpenſer* filio, *R. de Baldok* & aliis valde paucis, ſicut inferius continetur.

Regina inſequitur.

Regina vero cum filio & exercitu ſuo inſequebatur per[5] *Oxoniam*; ubi epiſcopus *Herefordiæ* prædicavit, præſente regina & filio ſuo, de adventu eorum & ejus cauſa, viz. ad auferendum malum regimen de regno. Item per *Gloceſtriam* in quo loco multum crevit exercitus per adventum dominorum de *Percy* & de *Wake*, & aliorum, de partibus borealibus & de *Marchia*. & dum fuit *Gloceſtriæ* communitas vulgi civitatis *Londoniæ* mandavit reginæ caput bonæ memoriæ *Walteri*, *Exonienſis* epiſcopi: quod ipſi quinto decimo die Octobris[6] amputarunt, una cum aliis quibuſdam, quos dixerunt[7] regi adhærentes. Et eodem die

1 *Herewich* MS. *Herewyk* C. 2 C. & M. habent *Dublinienſis*. 3 Eidem *Card*. 4 Arma *Id*. 5 *Exoniam* C. 6 In loco, qui dicitur *Chepe* C. 7 Regi & *Diſpenſatoribus Id*. & M.

occuparunt

Digitized by Google

occuparunt *Londonienſes* bona dicti epiſcopi, & Magiſtri *R. de Baldock* & aliorum, quos dixerunt regi adhærere. Et intrantes turrim *Londonienſem* omnes incarceratos liberarunt, & ita fuerunt omnes incarcerati quaſi per totam *Angliam* liberati, & omnes banniti & [1] fugitivi reverſi; *Londonienſes* vero omnes miniſtros regis in turri *Londoniæ* amoverunt, & novos conſtruxerunt ſub nomine domini *Joannis de Eltham*, filii regis, quem cuſtodem civitatis & terræ nominarunt: ipſi tamen multas rapinas, & alias inſolentias facere non ceſſarunt. Regina vero de *Gloceſtria* tranſivit per *Berkeley*, ubi reſtituit caſtrum, prius à domino *Hugone Diſpenſer* filio detentum, domino *Thomæ de Berkley*, qui fuit heres domini *Mauricii de Berkley* defuncti parum ante apud *Walingford* in carcere cum omnibus pertinentiis, & rebus mobilibus ad honorem de *Berkley* pertinentibus quibuſcunque; at pergens poſtmodum cum exercitu ſuo obſidebat villam & caſtrum de *Briſtollia*, quod fuit cito redditum reginæ & filio ſuo, una cum villa. & in craſtino adventus ipſius, ad clamorem vulgi, fuit dominus *Hugo Diſpenſer* pater tractus ibidem & ſuſpenſus, extra villam ſuper communi furca latronum. Rex autem ſemper latitabat in aqua *Sabrinæ* cum paucis, volens ſi potuiſſet ad partes tranſiviſſe remotas; ſed propter ventum contrarium non valuit. unde applicuit in [2] *Glamorgan*, & tranſtulit ſe uſque ad Abbatiam & caſtrum de *Meth*; & ibi confiſus in promiſſione [3] *Walleníium* latitavit. Regina vero, cum exercitu ſuo, ſe tranſtulit verſus *Herfordium*; ubi morabatur fere per menſem, cum ſtipendiariis ſuis & aliis, paucis exceptis. Et de illo loco miſit in *Walliam* comitem *Lancaſtriæ*, dominum *W. de la* [4] *Zouche*, & magiſtrum *Reſum* [5] *Aphowel*, qui fuit prius de carcere *Londoniæ* liberatus; quia in illis partibus erant noti; cum paucis *Marchienſibus*, quia ipſi tres habuerunt terras & dominia in *Wallia*, prope locum ubi rex, ut præ-

Hugo Diſpenſator pater ſuſpenſus.

1 Fugati C. 2 *Glemorgan C.* 3 *Valencium Id.* 4 *Souche C. & M.*
5 Sic *M. Uphowel C. Upherkel MS.*

Digitized by Google

mittitur, latitabat. Unde ipſi, adjutorio *Wallenſium*, in quibus [1] & ipſi confidebant, ipſum regem & dominum *Hugonem Diſpenſer* filium, & *Robertum de Baldok*, & *Simonem de Redingis* ceperunt, non ſine pecuniæ interventu. de aliis regis familiaribus non curantes, & regem comitis *Lancaſtriæ*, Conſanguinei ſui, cuſtodiæ liberarunt: qui duxit regem, per *Monemoutham* & *Ledebury*, uſque ad caſtrum ſuum de *Kenelworth*; ubi per hiemem totam manſit: dominum vero *Hugonem Deſpenſer* filium, *Robertum de Baldok* & *Simonem de Redingis* ad reginam, quæ fuit *Herfordiæ*, conduxerunt. ſed ante eorum adventum fuerunt decollati, comes de *Arundel*, *Joannes Daniel* & *Thomas de* [2] *Muchedeure*, per procurationem domini *Rogeri de Mortuo-mari*, qui perfecto odio oderat illos, & cujus conſilium regina per omnia ſequebatur.

Rex captus.

Poſtea vero apud *Herfordiam* dominus *Hugo Diſpenſer* filius, ſine reſponſione, fuit morti adjudicatus, tractus, ſuſpenſus, decollatus, & in quatuor partes [3] ſeparatus; cujus caput fuit miſſum ad pontem *Londoniæ*, & quatuor quarteria ad quatuor partes *Angliæ*. fuit etiam *Simon* de *Redingis* tractus, & ſuſpenſus; ſed *Robertus Baldok*, poſt multas contumelias, fuit carceri epiſcopi *Herfordiæ* liberatus: ubi manſit uſque ad feſtum Purificationis, vel circiter; & tunc epiſcopus *Herfordiæ* fecit eum duci *Londonias* ad eum. Ubi *Londonienſes* ipſum de cuſtodia epiſcopi [4] convenientes rapuerunt, & apud *Newgate* incarceraverunt, inhumaniterque tructaverunt; adeo quod poſtmodum, circa feſtum Aſcenſionis DOMINI obiit in tormentis.

Hugo Diſpenſator, filius, ſecuri percuſſus.

Regina vero, expeditis præmiſſis, ſe tranſtulit cum filio ſuo & domino *Roberto de Mortuo-mari* & aliis, verſus partes *Londonienſes*, ubi cito poſt Epiphaniam fecit unum Parliamentum teneri. in quo ordinatum fuit, ex

Regina Londinum verſus proficiſcitur.

---

1 Ipſi & ſui *C.* & M. *ſed recte noſter Codex*, & ipſi. 2 *Michedeure* M. *Michedeure C.* 3 Diviſus M. & *C.* 4 Deeſt M. Comminentes *C. Forte pro* comminantes.

parte

parte totius regni, quod tres Epiſcopi, duo Comites, duo Abbates, & quatuor Barones, de quolibet comitatu *Angliæ* tres Milites; item de *Londonia*, & magnis civitatibus, & magnis villis, & præcipue de [1] Portubus, de qualibet [2] certus numerus perſonarum mitterentur ad regem apud *Kenelworth*, & ſibi dicerent & requirerent diligenter, quod renunciaret dignitati regiæ & Coronæ, & quod permitteret filium ſuum primogenitum regnare pro eo. Alioquin ipſi redderent ſibi homagia ſua, & alium eligerent ſibi regem. Quibus auditis[3], ipſe cum fletu & ejulatu reſpondit, quod ipſe doluit multum de eo quod ſic demeruit erga [4] populum ſui regni; ſed ex quo aliter eſſe non potuit, dixit, quod placuit ſibi quod filius ſuus fuit toti populo ſic acceptus, quod ipſe ſibi ſuccederet regnaturus pro eo. Nuncii vero, ad Parliamentum *Londoniis* redeuntes, & reſponſiones regis plene, ac plenius quam dictæ fuerunt, retulerunt; qua reſponſione recepta, tota communitas regni ipſum EDWARDUM juvenem in regem promptiſſime admiſerunt, & prima die Februarii coronari fecerunt apud *Weſtmonaſterium* per archiepiſcopum *Walterum* quo die tres filii *Rogeri de Mortuo-mari*, & multi alii, Milites facti fuerunt. Item dos aſſignata fuit reginæ talis & tanta, quod regi filio ſuo regni pars tertia vix remanſit.

Nuncii ad regem miſſi revertuntur.

EDVARDUS tertius coronatur.

Hoc anno, in vigilia Sancti *Nicolai*, fuit Magiſter *Jacobus de Berkley* concorditer in epiſcopum [5] *Exonienſem* electus, & dominica media quadrageſimæ eſt *Cantuariæ* conſecratus.

Poſtea, quia videbatur aliquibus, quod dominus EDWARDUS Pater regis *Kenelworth* fuit nimis delicate tractus, ordinabatur quod dominus [6] *Thomas de Berkley* & dominus *Joannes de Mautravers* cuſtodiam ipſius haberent. unde, [7] circa Ramos Palmarum fuit uſque *Berkeley* ſecrete deductus. Et quia timuerunt ali-

EDVARDUS, pater regis, ad C. de Berkeley deducitur.

1 Portibus *MS.* Quinque Portubus *M.* 2 Unus & *C.* 3 Addit *Card.* IX Kal. Feb. & pro *ejulatu* legit *metu*. 4 Populum *ſuum M.* 5 E *Codd.* M. & *C.* 6 *G.* de *Gurnaye C.* 7 Circa Dominicam Ramis. *Id.*

quorum

Digitized by Google

quorum adventum, ad ipſum liberandum, de loco prædicto fuit deductus de nocte ad loca diverſa, viz. ad *Corf*, & aliqua alia loca ſecreta; ſed finaliter reduxerunt eum ad [1] *Berkley*, ita quod vix ſciri potuit, ubi fuit. ſed ſemper dominus *de Berkley* habuit cuſtodiam uno menſe, qui erga eum humaniter ſe habebat [2]. Regina vero miſit ſibi indumenta delicata & litteras blandientes, ſed ipſum videre nolebat, fingens quod communitas regni non [3] permiſit. Expenſas autem habuit viz. C marcas [4] per menſem; & ſic apud *Berkley* & alibi, non quo volebat, ſed quo voluit dictus *Joannes* [5] *Mautravers* taliter qualiter victitavit, uſque ad tempus inferius annotandum.

Edwardus R. verſus *Scotiam* proficiſcitur.

Novus autem rex juvenis, cum matre ſua, & ſtipendiariis ſuis alienigenis, congregans magnum exercitum, verſus *Scotiam* ſe tranſtulit, cum pro venerunt [6] plures voluntarie quam inviti. ſed apud *Eboracum* fuit gravis conflictus inter *Anglicos* & *Hanonienſes*, ſed *Anglici* deteriorem partem habebant, facta tamen pace ſe verſus *Scotiam* tranſtulerunt, ubi fuit exercitus *Scotorum* apud [7] *Stanneparck*. Et licet exercitus regis *Angliæ* fuiſſet in triplo major & fortior, *Scoti* tamen, per proditionem quorundam [8] Magnatum, ſine læſione fugerunt; & rex juvenis *Angliæ* cum dolore & ſine honore reverſus eſt, & miſit *Hanonienſes* & ſtipendiarios ad partes ſuas.

Revertitur inglorius.

Iſto anno, in feſto Sancti *Joannis* Baptiſtæ, eſt *Jacobus*, epiſcopus *Exonienſis*, mortuus apud [9] *Petriſhegs* in ſua diœceſi. Et licet *J.* [10] *Godeley*, decanus *Welliæ*, concorditer poſtmodum fuiſſet electus, Papa tamen providit eccleſiæ *Exonienſi* de domino *J. de Grandiſſono*, qui in feſto Sancti *Lucæ* in curia fuit conſecratus.

---

1 Apud *C.* 2 Et Dominus *J. Mautravers* alio menſe, qui erga eum aliter ſe habebat. Ex *Magd.* 3 Permitteret M. 4 Pro menſe *ceteri* Codd. 5 *Mautrovers MS.* 6 Multi tam voluntarie, quam inviti M. 7 *Stannepark C.* 8 Magnorum *M.* & *C.* 9 *Petreſheghes M. Pereſheghs C.* 10 *Godelegh C.*

Poſtea

Poſtea X Cal. Octobris, [1]anno DOMINI M.CCC. XXVII, fuit mortuus EDWARDUS rex *Angliæ* in caſtro de *Berkley*; in quo, ut prædixi, fuit carcere mancipatus ſeu detentus invitus. Et licet multi Abbates, Priores, Milites, Burgenſes de *Briſtollia*, & de *Gloceſtria*, ad videndum corpus ſuum integrum vocati, & clam ſuperficialiter conſpexiſſent, dictum tamen fuit vulgariter quod per ordinationem dominorum *Joannis Mautravers* & [2] *Thomæ* [3] *Gorneye* fuit per cautelam occiſus. propter quod ipſi duo, & quidam alii, fugerunt; ſed dictus [4] *Thomas de Gorneye* fuit poſtea per triennium notus, & captus apud [5] *Marſiliam* [6], & remiſſus verſus *Angliam* pœnam pro demeritis recepturus; ſed in mari fuit decapitatus, ſub quodam colore, ne forte Magnates & magnos Prælatos & alios de *Anglia* de conſenſu & conniventia accuſaret. ſed dominus *Joannes Mautravers* ſe tranſtulit in *Alemanniam*; [7] & ibi manſit, & uſque ad datam præſentiam adhuc manet. *Edwardus Pater, Rex Angliæ, moritur.*

Hoc anno mortuus fuit dominus *Carolus de* [8] *Valeis*, Patruus regis *Franciæ*, qui, ut prædictum eſt, in *Vaſconia* contra fratrem regis *Angliæ* equitavit; qui *Carolus* in vita ſua *Anglicos* ſemper habuit exoſos. Item hoc anno mortuus fuit *Robertus le Brus*, relicto filio ſuo *David* VII vel VIII annorum, quem *Scoti* receperunt pro rege. [9] Item mortuus fuit comes Moraviæ *T.* [10] *de Rondulf*. *Carolus de Valeis moritur.*

1 Anno ſequenti *M.* 2 *G. Gurnaye C.* 3 *Gourneye M.* 4 *G. Card.* 5 *Marcilliam MS.& C.* Veteribus *Maſſilia.* 6 Ad procurationem cujuſdam dominæ de *Anglia C.* 7 Et ibi -- manet M. 8 *Vallois M.* 9 Deſunt *Card.* 10 *Randulf M.*

M. CCC.

Digitized by Google

D. N. J. C.	P. ROMANORUM R.		FRANCORUM	ANGLORUM
M. CCC. XXVII.	JOANNIS XXII 12.	FRIDERICI III 13.	CAROLI IV 5.	*EDWARDI VI 1.

ANNO DOMINI M.CCC. XXVII, dicti vero *Joannis* Papæ XII, & regis EDVARDI tertii à conquæſtu primo, Papa fecit conſecrari dominum *Joannem de Grandiſſono* in epiſcopum *Exonienſem*, in feſto Sancti *Lucæ* Evangeliſtæ. cujus promotio fuit in die Cinerum, & poſtea in *Exonia* fuerat publicata, & in octavis Aſſumptionis *Exoniam* intravit.

Rex *Franciæ* moritur.

Hoc anno mortuus fuit Rex *Franciæ Carolus*, tertius frater, qui poſt mortem *Philippi* patris ſui regnavit. Cui ſucceſſit in regno *Philippus* filius domini *Caroli de Valois*, qui *Anglicos* nunquam dilexit.

Nuptiæ Regis *Angliæ*.

Item hoc anno juvenis rex *Angliæ* ſupradictus duxit filiam comitis *Hanoniæ* in uxorem, quæ fuit etiam filia ſororis domini juvenis regis *Franciæ*; ſed illa affinitas, nec aliqua alia cum *Francigenis* unquam contracta, *Angliæ* valuiſſet.

Parliamentum *Northampton*.

Hoc anno tenuit juvenis rex *Angliæ* Parliamentum *Northamptoniæ*, in quindena Paſchæ, ubi facta fuit turpis pax inter *Anglicos* & *Scotos*; ita quod, *David*, filius *Roberti le Bruys*, duceret ſororem regis in uxorem, quod poſtea factum eſt. Et rex *Angliæ* juvenis, cum matre infra ætatem exiſtens, fecit *Scotis* Chartas, quarum tenor & continentia communiter ignoratur, & totum per ordinationem reginæ & *Rogeri de Mortuo-mari*, & per *Jacobum* [1] *Douglas*, qui fuit ſtrenuus miles, & tantus in guerra pro *Scotia*. qui, poſt nuptias inter dictum [2] puerum *David le Brus* & ſororem regis apud *Berwick* celebratas, adivit fronterium *Hiſpaniæ*, verſus *Granatam*, contra infideles, & ibi mortuus eſt.

Rex autem *Angliæ* juvenis poſt dictum Parliamentum *Northamtoniæ*, cito poſt feſtum Sanctæ Trinitatis, ſe

* Hic eſt EDVARDUS III poſt Conquæſtum; ſed patrem ejus *Edvardum* II, indigitamus V, & ipſum VI; habito ſcilicet reſpectu ad *Eadgarum*, & ad Chronologiam *Trivetianam*. 1 *Duglas Scoti C.* 2 Primum *MS.*

tranſtu-

tranſtulit verſus *Herfordiam*, ubi fuerunt ſolemnes nuptiæ inter filias *Rogeri de Mortuo mari* & quoſdam Nobiles, ſcilicet filium comitis *Mareſcalli*, & heredem domini *J. Haſtinges* [1]. Item fuerunt ibi haſtiludia ſolemnia, quibus interfuit regina mater. *Nuptiæ filiarum R. de Mortuo-Mari.*

Item hoc anno, menſe Novembris, obiit *Walterus Cantuarienſis* archiepiſcopus; cui ſucceſſit per electionem Canonicam, Magiſter *Simon de Mepham*, qui fuit magiſter in Theologia, & Canonicus *Ciceſtriæ*, de *Cantia* oriundus. Hoc anno mortuus fuit Magiſter [2] *Thomas de Cobeham*, epiſcopus *Wigornienſis*; cui ſucceſſit per proviſionem Papæ *Adam*, epiſcopus *Herfordiæ*, tunc præſens in curia, pro negotiis regis *Angliæ*. & ſtatim Papa providit eccleſiæ *Herfordiæ* de Magiſtro *Thoma de* [3] *Cherletone* in curia tunc præſente.

M. CCC. XXVIII.	JOANNIS XXII 13.	FRIDERICI III 14.	CAROLI IV 6.	EDWARDI VI 2.

ANNO DOMINI M.CCC.XXVIII, dicti vero *Joannis* Papæ XIII, & ipſius regis EDWARDI ſecundo, poſt quindenam Sancti *Michaelis* tenuit rex Parliamentum *Sarum*: in quo fecit tres Comites, ſcilicet dominum *Joannem de Eltham*, fratrem ſuum, comitem *Cornubiæ*, & dominum *Rogerum de Mortuomari*, comitem *Marchiæ Walliæ*, & Pincernam *Hiberniæ*, comitem de *Ormond*. ad quod Parliamentum [4] comes *Lancaſtriæ*, dominus de *Wake*, & alii quidam Nobiles, non venerunt, licet prope venerant armati, de quo rex fuit offenſus; qui tamen poſtmodum in æſtate ſe gratiæ regis, procurante archiepiſcopo, ſubmiſerunt. **Parliamentum *Sorbioduni*.**

Eodem anno, circa feſtum Aſcenſionis, rex *Angliæ* tranſivit mare, fratre ſuo comite *Cornubiæ* [5] Cuſtode in regno relicto, & fecit homagium ſuum regi *Franciæ*, **Rex Regi *Fr.* homagium facit.**

1 Addit *MS. Et cetera.* 2 *J. de Cobbham M.* 3 *Churletone C. Charleton M.* 4 *Henricus*, Comes *Lancaſtriæ*, Dominus *T. de Wake C.* 5 Cuſtodiæ *M.*

Digitized by Google

pro toto [1] ducatu *Aquitaniæ* & comitatu *Pontiviæ* ſub quibuſdam proteſtationibus; quod homagium rex *Franciæ* recepit, ſub aliis proteſtationibus; videlicet, quod non admiſit homagium pro terris, quas pater ſuus *Carolus*, ut prædixi, equitavit, quouſque eſſet ſibi ſatiſfactum de damnis & expenſis [2].

Concilium *London.*

Eodem anno, die Veneris, [3] poſt purificationem beatæ *Mariæ*, *Simon* archiepiſcopus *Cantuarienſis*, tenuit Concilium ſuum Provinciale *Londoniis*, in quo ordinavit aliqua, licet modicum ponderanda; ſcilicet quod in die [4] Paraſceves, & in commemoratione omnium [5] Animarum, ab omni opere ſervili ceſſaretur. Item ipſe & omnes epiſcopi præſentes excommunicarunt, & excommunicatos denunciarunt, omnes illos, qui *Walterum de Stapiltone*, *Exoniæ* epiſcopum, interfecerunt, ſeu manus violentas quomodolibet in eum injecerunt, & omnes, qui eis opem, aſſenſum, vel conſilium præbuerunt [6]. Item archiepiſcopus ſtatuit de conſenſu concilii, quod feſtum Conceptionis beatæ *Mariæ* ſolemniter celebretur [7].

M. CCC. XXIX.	JOANNIS XXII 14.	FRIDERICI III 15.	PHILIPPI VI 1.	EDWARDI VI 3.

Parliamentum *Winton.*

ANNO DOMINI M. CCC. XXIX, dicti veri *Joannis* Papæ XIV, & ipſius EDWARDI regis III, Hoc anno circa mediam quadrageſimam tenuit rex Parliamentum *Wintoniæ*, ubi, procurante regina & *Rogero de Mortuo-mari*, fuit comes [8] Cantiæ, patruus regis, & multi alii accuſati de eo, quod quidam fingebant patrem regis vivum, & quod conſpiraverunt eum

1 Comitatu *C.* 2 *Et cetera* addit *MS.* & *C.* 3 Poſt Feſtum Converſionis Sancti *Pauli* *C.* 4 Paraſceves *Id.* 5 Animarum fidelium *M.* 6 Reliqua in *C.* deſiderantur. 7 Eodem anno *Petrus de Corbario*, de Ordine Fratrum Minorum, qui de conſilio & auxilio *Ludovici* Ducis *Bavariæ*, in civitate *Romæ* in Papam ſe fecit coronari. Idem *P.* Antipapa eundem *L.* in Regem *Romanorum*, contra ſtatum eccleſiæ coronavit. Iſte Antipapa Cardinales, & alios Officiarios, quos verus Papa ſolebat habere, creavit. *Hæc deſumpta è Cod. Magd.* 8 Videlicet *Edmundus de Wodeſtoke C.*

Digitized by Google

liberare, & ad ſtatum regni reducere; licet hoc totum falſum & phantaſma eſſet, ſicut rei exitus poſtmodum comprobavit: tamen dictus comes propter quaſdam confeſſiones ſuas, & quaſdam litteras ſecum inventas, ſed nullæ illarum confeſſionum vel litterarum, etſi veræ eſſent, deberent cauſam tribuere ſuæ morti, fuit decollatus ibidem. Alii vero accuſati dimiſſi fuerunt ſub manucaptione, [1] ut epiſcopus *Londonienſis*; alii vero carceri mancipati, ut *Robertus de Tauntone*, & quidam alii. dictus tamen comes eo minus à populo [2] querebatur, quod malam habuit familiam, res popularium eundo per patriam auctoritate propria occupantes, & parum vel nihil ſolventes eiſdem.

Hoc anno, circa mediam quadrageſimam, vacavit eccleſia *Sarum*, per mortem Magiſtri *Rogeri de* [3] *Mortimare*. cui eccleſiæ Papa providit de *Roberto de* [4] *Wyvile*, qui ſcripſit [5] ſpeciales litteras reginæ, viro utique [6] illitterato, & minime perſonato, quem ſi Papa vidiſſet, nunquam eum, ut creditur, ad tantum apicem promoviſſet. Item hoc anno mortuus fuit *Joannes*, epiſcopus *Bathonienſis*, & licet Magiſter *Radulphus de Salopia* fuiſſet concorditer electus, confirmatus, & conſecratus per *Simonem*, *Cantuarienſem* archiepiſcopum, poſtea tamen in curia *Romana* ſe redemit, ut rata eſſent facta de ipſo, non ſine pecuniæ magna quantitate. Proviſio Papalis.

Item hoc anno Papa fecit graves proceſſus iterato contra ducem *Bavariæ*, electum Imperatorem, & contra ſibi adhærentes; & pro ſuſtinenda guerra contra eum, omnes fructus beneficiorum vacantium, [7] per quadriennium, reſervavit. [8] Eodem anno Papa antipapa, XV die Auguſti, converſus eſt ad fidem catholicam, & fecit confeſſionem ſuam coram domino Papa *J.* & Cardina-

1 Ut *S.* epiſcopus *London.* M. Ut Epiſcopus *London.* & *W. de la Souche* C. 2 Conquerebatur M. 3 *Mortivaux* M. 4 *Wyuille* C. *Wyvelle* M. 5 Epiſcopales *MS. facili Librarii lapſu.* 6 Competenter illitterato M. & C. 7 Abſunt à *Cardig.* qui tamen Codex habet ſequentia: Hoc anno die Veneris ante feſtum Sancti *Botulphi*, natus eſt Regi filius ſuus primogenitus *Edwardus.* 8 E Cod. *Magd.*

D. N. J. C.	P. ROMANORUM R.	FRANCORUM	ANGLORUM

libus in pleno Conſiſtorio; & Papa ipſum abſolvebat. Hoc anno, Sc. XV die Junii, regina *Philippa* peperit filium ſuum primogenitum apud *Wodſtock*, quem fecit [1] vocari *Edwardum*.

M. CCC. XXX.	JOANNIS XXII 15.	LUDOVICI IV 1.	PHILIPPI IV 2.	EDVARDI VI 4.

Parliamentum *Notinghamiæ.*

R. de Mortuo-Mari damnatus.

Et ſuſpenſus.

ANNO DOMINI M.CCC.XXX, dicti vero *Joannis* Papæ XV, & ipſius EDWARDI III à conquæſtu quarto, die Veneris proxima poſt feſtum Sancti *Lucæ*, fuit Parliamentum apud *Notingham*: ubi fuit captus de nocte, in camera Reginæ matris, dominus *Rogerus de Mortuo-mari*, comes *Marchiæ*, per dominum *Willielmum de Monte-acuto* & alios, ipſo rege præſente, ubi fuit occiſus dominus *H. de Turpintone*, & quidam reſiſtentes; & ſtatim fuit miſſus dictus comes ad Turrim *Londoniarum*, uſque ad Parliamentum, quod fuit parum ante feſtum Sancti *Andreæ*. in quo Parliamento apud *Weſtmonaſterium*, in vigilia Sancti *Andreæ* fuit idem comes judicatus ad mortem per Pares ſuos; non tamen venit coram eis, nec habuit reſponſionem. nec mirum, quoniam à morte comitis *Lancaſtriæ*, uſque ad mortem comitis iſtius, omnes nobiles ad mortem traditi, ſine reſponſione & convictione legitima, [2] voluntarie perierunt. Et, ut patet ex præcedentibus, quod quiſque juris in alterum ſtatuit, uſus extitit eo jure; & eadem menſura, qua aliis menſi fuerant, erat remenſum eiſdem; Et eadem vigilia Sancti *Andreæ* fuit dictus [3] comes *Marchiæ* ſuſpenſus apud [4] *Elmes* ſuper communi [5] furca latronum, ubi pendebat per biduum & poſtea fuit *Londoniis* apud fratres Minores ſepultus, ſed per multa tempora poſtea tranſlatus ad *Wigemore*.

1 Vocare *Id.* 2 Abeſt à *Magd.* 3 Addit *Cardig.* indutus eadem tunica nigra, quam fecit ſibi pro morte regis defuncti, & tractus ad caudas equorum ſuper una pelle bovina, de turre *Londonienſi* uſque ad Ulmos prope *Tyborne.* 4 *Elmis M. S.* 5 Quæ propter ipſum nova facta fuerat *Id.*

Hoc

Hoc anno conceſſit Papa decimas regi *Angliæ* omnium bonorum eccleſiaſticorum in *Anglia* per quadriennium, medietate ſibi retenta. Item [1] anno DOMINI M. CCC. XXXI, cito poſt Paſcha anno ſc. XXXI, dictus rex *Angliæ*, cum epiſcopo *Wintonienſi* & domino *Willielmo de Monte-acuto*, & aliis paucis admodum, tranſivit mare, ſicut Mercator cum [2] mantellis & ſine [3] herneſiis, ita quod vix habuit ſecum quindecim equites, & fecit proclamari *Londoniis*, quod ivit in peregrinationem, & non ex alia cauſa, & fecit cuſtodem regni dominum *Joannem de Eltham*, fratrem ſuum; & rediit rex ante finem menſis Aprilis, in cujus reditu fuit torniamentum apud *Dertaford*.

Hoc anno parum ante feſtum Sancti *Michaelis* fecit dominus rex pulcherrima haſtiludia *Londoniis*, in *Chepe*. ubi regina [4] juvencula cum multis dominabus cecidit de quadam machina, ſine læſione tamen corporum ſuorum; de quo plurimi mirabantur.

[5] Cauſæ vero mortis dicti comitis *Marchiæ*, quæ imponebantur eidem, fuerunt infra ſcriptæ: prima, quia dicebatur, quod ipſe fuit conſentiens quod pater regis in caſtro *de Berkeley* fuerat ſuffocatus. ex qua cauſa dominus *Joannes Mautravers* & dominus *Thomas de Gorney* Sen. qui fuerunt deputati cuſtodiæ dicti patris regis ibidem, & quidam alii ſe extraxerunt ad partes tranſmarinas; & propterea dominus *Simon de Bereford* [6] fuit ſuſpenſus; ſecunda cauſa impoſita fuit, quod ipſe impedivit honorem regis & regni apud [7] *Stannepark*; ubi *Scoti* fugerunt qui capi & interfici potuerunt faciliter, ſi ipſe, qui fuit major de conſilio regis, *Anglicos* cum *Scotis* hic congredi feciſſet. Ipſe item quia recepit XX mille libras a *Scotis*, illos tunc permiſit evadere: Cauſæ mortis comitis *Marchiæ*.

1 Hoc anno *reliqui. recte, uti cenſeo*. 2 Manticis *C.* 3 Harneſiis *C.* 4 Juvenis *C.* & *M.* 5 Hæ cauſæ in Cod. *Card.* Supra, immediate poſt damnationem comitis, rectius collocantur. 6 Qui fuit ſecretus cum domino comite & regina, tractus de turri *Londonienſi*, uſque ad ulmos, & ibidem ſuſpenſus. *Card.* 7 *Stannopark C.* & *M.* *Stannoppark Walſing.*

&

& turpem pacem poſtmodum inter *Scotos* & regem juvenem fieri procuravit; & ſuper hoc chartam regis eiſdem fecit fieri. Et etiam illud vile matrimonium contractum inter ſororem regis *Angliæ* & *David*, filium *Roberti le Brus*, fieri conſuluit, & procuravit. Item quod male conſumpſit totam pecuniam inventam in theſauris regis & domini [1] *Hugonis Diſpenſer* & omnia bona regni, poſtquam *Angliam* cum regina intravit, ita quod ipſe & regina abundabant, & dominus rex fuit egenus. Item quod appropriavit ſibi cuſtodias & maritagia pinguia per totam *Angliam*, & quod malus conſiliarius regis & reginæ matris & nimis ſecretus cum ea; ut de aliis taceamus.

M. CCC. XXXI.	JOANNIS XXII 16.	LUDOVICI IV 2.	PHILIPPI VI 3.	EDVARDI III 5.

ANNO DOMINI M, CCC. XXXI, dicti vero *Joannis* Papæ XVI, & ipſius regis EDWARDI III à conquæſtu, quinto. Tenuit dominus rex *Angliæ* ſolemniter Natale apud *Welliam*, uſque Epiphaniam; ubi fiebant multa mirabilia ſumptuoſa. Archiepiſcopus vero *Cantuarienſis*, tunc viſitans Diœceſem *Bathonienſem*, tunc tenuit Natale apud [2] *Wyneſcombe*, qui poſtmodum mandavit ſe velle inchoare viſitationem ſuam in eccleſia *Exonienſi*, & poſtmodum in civitate *Exoniæ* die Lunæ proxima poſt feſtum Aſcenſionis DOMINI; quod ne fieret *Exonienſis* epiſcopus appellavit, qua appellatione non obſtante, dicto die Lunæ acceſſit idem archiepiſcopus ad civitatem *Exonienſem*; ſed non fuit ſibi permiſſum eccleſiam neque clauſtrum intrare [3] armata multitudine reſiſtente.

Rex Natale *Welliæ* celebrat.

Concilium *London.* & Parliament.

Hoc anno, circa feſtum Nativitatis beatæ *Mariæ*, fuit Concilium Provinciale *Londoniis* congregatum; ſed pro-

1 *Diſpenſer Id.* 2 *Weinliſcumbe M, Wincliſcombe C.* 3 Armorum *Id. Forte* pro *armatorum.*

pter

Digitized by Google

pter diſcordiam, inter archiepiſcopum & ſuos [1] ſuffraganeos ſine effectu aliquo terminatum.

Item Parliamentum tunc [2] ibidem ſine aliqua utili expeditione finitur. rex tamen habuit quintam decimam à populo, & decimam à civibus & Burgenſibus, ſibi per unum annum conceſſam.

Hoc anno, circa feſtum Sancti *Laurentii*, venit in *Angliam* dominus *Edwardus de* [3] *Baliolle*, dicens ſe jus habere in regno *Scotiæ*; cui adhæſerunt dominus *Henricus de Bello-Monte*, Comes de [4] *Aſſeles*, *Richardus Talebot*, [5] & multi alii Nobiles, aſſerentes ſe jus habere ad terras & poſſeſſiones in dicto regno, vel ratione juris hereditarii, vel ratione uxorum ſuarum, volentes ingredi *Scotiam* per regnum *Angliæ*. ſed rex *Angliæ*, contemplatione ſororis ſuæ, nuptæ *David* filio *Roberti le* [6] *Brus*, ipſos per terram ſuam *Scotiam* non permiſit intrare. Unde ipſi in [7] *Angliam* intraverunt mare, & poſtmodum per mare ingreſſi ſunt *Scotiam*, circa feſtum Sancti *Laurentii*, juxta Abbatiam [8] *Dunfermelin*; ubi ſtatim in littore maris reſiſtentiam habuerunt; ſed pedites *Angliæ*, pauci numero, citius ad terram applicantes, omnes *Scotos*, qui ibi fuerant, fugaverunt: & plures interfecerunt, antequam viri armati poterant ad terram applicare. Poſtea vero, infra paucos dies, habuerunt conflictum prope Abbatiam prædictam, ubi duo millia *Anglorum* vicerunt quadraginta millia *Scotorum*, præ multitudine & preſſura ſeipſos etiam opprimentium: de quibus *Scotis* quinque Comites, & alii multi, interfecti & oppreſſi fuerunt; & hoc totum non ſua virtute, ſed gratia divina ipſi *Anglici* factum eſſe dixerunt, & Deum propterea laudaverunt.

Edvardus Balliolus R. *Scotiæ* ſibi vindicat.

Scotos vincit.

1 Suffraganos M. 2 *Weſtmonaſterii C.* 3 *Baillol C. Bayllol MS.* 4 *Athols M. recte.* 5 *Fulco Filius-Warini, Henricus de Ferrers.* hæc è Cod. *Card.* 6 *Bruys*, propter pacem factam prius cum dictis *Scotis Card.* 7 Mallem *Anglia.* 8 *Denfermolin.* MS. *Donfremille* M. E Cod. *Cardigan.*

Digitized by Google

D. N. J. C.	P. ROMANORUM R.		FRANCORUM	ANGLORUM
M. CCC. XXXII.	JOANNIS XXII 17.	LUDOVICI IV 3.	PHILIPPI VI 4.	EDVARDI VI 6.

ANNO DOMINI M.CCC.XXXII, dicti vero *Joannis* Papæ XVII, & ipſius regis EDWARDI à conquæſtu tertii ſexto, continuata fuit guerra in *Scotia*, ut præmittitur, inchoata per dictum *Edwardum Baliolle* & alios Nobiles ſupradictos; & circa [1] feſtum Sancti *Joannis* Baptiſtæ, multi alii Nobiles de *Anglia*, & viri bellicoſi, ad eos voluntarie ſumtibus propriis acceſſerunt, & villam & caſtrum de [2] *Berwick* obſiderunt.

Bellum in *Scotia* continuatur.

Rex autem *Angliæ*, conſiderans multa vituperia ſibi & [3] Anteceſſoribus ſuis per *Scotos* illata, & quod concordia facta inter ipſum & *Scotos* fuit inita per proditionem, & ipſo in minori ætate notorie conſtituto, & in cuſtodia matris ſuæ exiſtente, quæ conſilio domini *Rogeri de Mortuo-Mari* proditoris ſui per omnia regebatur, contrá conſilium matris ſuæ, collecta multitudine armatorum ad *Berwick* viriliter & potenter acceſſit, & ibi aliquamdiu permanſit. ubi tenentes caſtrum & villam habuerunt cum eo multos doloſos tractatus, ut ab [4] extraneis adjutorium expectarent, ſicut exitus declaravit. [5] In feſto Sanctæ *Margaretæ* virginis, [6] anno DOMINI M.CCC.XXXIII, venerunt *Scoti* in magna multitudine, de tota *Scotia* congregati, volentes obſidionem removere ſi poſſent. quibus rex *Angliæ* ſuo exercitu peditando, & ipſo rege exercitum præcedente, & omnes bono vultu & audaci animo confortante [7], ita viriliter ſe habebant, quod poſt aliqualem numerum occiſorum, dum manu ad manum pugnaverunt, univerſi *Scoti* ſunt in fugam converſi. quos dominus rex & ſuus exercitus, occidendo & fugando, per quinque millia-

Rex *Angliæ* ducit in *Scotos*.

Scotos ſuperat.

1 Feſtum *Nativitatis* Sancti *Joannis* Baptiſtæ *Id.* 2 *Beverwicke* M. 3 Succeſſoribus M. *quod abſurdum* 4 Sic MS. ſed melius legunt alii *extra.* 5 *Nam die Luna in vigilia* Sanctæ *Margareta C.* 6 Deſunt *Card. haud male.* 7 Addit Cod. *Card.* in quodam loco ad tres leucas de *Berewyke*, *Houtenomere* vulgariter nuncupato.

ria

ria ſequebantur; ita quod vix evaſerunt aliqui magni, niſi pedites & agreſtes. Numerus vero fugatorum & occiſorum, per æſtimationem ſe extendebat ad ſexaginta millia. & poſtea reverſus eſt rex ad eos, quos dimiſit circa obſidionem caſtri & villæ de *Berwick*, quod caſtrum & quæ villa cito [1] reddebantur eidem. Et ſic dicebatur publice quod guerra in *Scotia* fuit finaliter terminata; quia nullus remanſit de Natione illa, qui poſſet, ſciret, aut vellet homines ad prælium congregare, aut regere congregatos.

Facta igitur voluntate regis de his qui fuerunt in villa & caſtro, & relicta cuſtodia nomine ſuo [2] in ipſius defenſionem; quia dixit illa ſua eſſe de jure hereditario, & ex conquæſtu antéceſſorum ſuorum, dimiſit *Edwardum de Baliolle* cum aliis Nobilibus, qui ſecum erant, ad cuſtodiam totius regni *Scotiæ*. & ipſemet rex *Angliæ* cum modica familia loca devota *Angliæ*, ad quæ ſua devotio eum duxit, peregre eſt profectus. *Balliolum Scotiæ præficit.*

Prælati vero totius regni *Scotiæ* in *Franciam* fugerunt, & aliqui ad ſummum Pontificem acceſſerunt, conquerentes regi *Franciæ* & ſummo Pontifici de eorum infortunio, adjutorium & remedium requirentes; ſed [3] hucuſque ſuo deſiderio ſunt fruſtrati.

Hoc anno, parum ante feſtum Sancti *Michaelis*, vacavit eccleſia *Dunelmenſis*, per mortem domini *Lodovici de Bello-Monte*. de cujus ſucceſſore infra proximo anno patet.

M. CCC. XXXIII.	JOANNIS XXII 18.	LUDOVICI IV 4.	PHILIPPI VI 5.	EDVARDI VI 7.

ANNO DOMINI M.CCC.XXXIII, dicti vero *Joannis* Papæ XVIII, & ipſius regis EDWARDI III à Conquæſtu VII, circa feſtum Sancti *Ka-* *Simon Archiep. Cant. obiit.*

1 Cito *die Martis in feſto Sanctæ* Margaretæ *reddebantur* eidem. *Sed rex non ingrediebatur villam aut caſtrum ante diem Mercurii in craſtinum. C.* qui tamen pro *aut* legit *ut*; id quod ſæpe apud Codd. *MSS.* fit. 2 In ipſis qui dixit M. 3 Sic *Card.* & *Mag.* hujuſmodi MS. *ſed perperam.*

lixti Papæ, vacavit eccleſia *Cantuarienſis* per mortem Magiſtri *Simonis de Mepham*, qui VII Cal. Novembris *Cantuariæ* eſt ſepultus. cujus loco Capitulum *Cantuarienſe* Magiſtrum *Joannem Stretford*, *Wintonienſem* epiſcopum, poſtularunt, faciendo de neceſſitate virtutem; ſciverant enim quod dominus rex ſcripſit Papæ pro [1] ipſo, & ipſe fuit bene in gratia ſummi Pontificis, cui Papa providit de dicto archiepiſcopatu, primo die Decembris, non virtute poſtulationis Capituli *Cantuarienſis*, ſed proprio ſuo motu. Eodem anno, primo die Decembris, tranſtulit Papa Magiſtrum *Adam de Orletone* de eccleſia *Wigorniæ* ad eccleſiam *Wintonienſem*, ad preces regis *Franciæ*, cujus tranſlationem dominus rex *Angliæ* non habebat acceptam; imponens ſibi, quod ipſe tunc fuit Nuncius ipſius regis *Angliæ* ad regem *Franciæ*; & quod ipſe plus placuit regi *Franciæ*, quam regi *Angliæ*, & negotia ipſius inutiliter procuravit; & quod idem rex *Franciæ* ſcripſit Papæ, pro ipſo ad *Wintonienſem* eccleſiam transferendo. Item ex eo rex *Angliæ* magis fuit offenſus, quia ipſe, pro [2] alio, domino Papæ ſcripſit pro epiſcopatu eodem; ſibique viſum fuerat, quod preces ſuæ pro epiſcopatibus & dignitatibus in *Anglia* citius audiri deberent, quam preces regis *Franciæ* ſupradicti. Ideoque retinuit dominus rex temporalia epiſcopatus *Wintonienſis* in manibus ſuis, uſque ad Diem Veneris poſt exaltationem Sanctæ Crucis. quo die archiepiſcopus & ceteri epiſcopi in Parliamento *Londoniis* rogarunt pro ipſo, ita quod mandavit ſua temporalia ſibi reddi.

Cui ſuccedit *T. de Stratford.*

A. de Orleton Epiſc. *Winton.*

Hoc anno, cito poſt feſtum Sancti *Michaelis*, Capitulum *Dunelmenſe* elegit unum Monachum ejuſdem eccleſiæ, [3] nomine *Rievir de Bury*, qui cito poſtmodum per archiepiſcopum *Eborum* fuerat confirmatus, & ante

Lis de Epiſcopatu *Dunelmenſi.*

1 Eodem C. 2 Videlicet per dominum *Simonem* de *Monte-acuto*. qui quidem *Simon* ad epiſcopatum *Wigornienſem* eſt promotus. *Card.* *Sed legendum puto*: *pro D. Simone de Monte-acuto*. 3 Nomine *Richardum M. male ſine dubio*. Rectius fortaſſe abſunt à *Card.*

feſtum

feſtum Nativitatis DOMINI, in eccleſia *Eboraci* ſolemniter conſecratus; non obſtante fama per totam *Angliam* volante, quod Papa ipſum epiſcopatum domino *Richardo de Bury*, Clerico dicti domini regis, ad preces ipſius domini regis providit: quam famam rei exitus poſtmodum comprobavit. [1] Nam idem *Richardus*, cito poſt feſtum Nativitatis DOMINI, obtentis litteris apoſtolicis, ſuper ſua proviſione, ſe fecit auctoritate Apoſtolica in Monaſterio de *Charteſey*, per dominum epiſcopum *Wintonienſem* conſecrari; & à domino rege obtinuit ſibi temporalia ipſius epiſcopatus integre liberari, quod prius dicto monacho facere denegavit. quo viſo & intellecto, idem monachus electus & conſecratus, ad clauſtrum ſine epiſcopatu epiſcopus eſt reverſus, & cito poſtea expiravit.

[1] Hoc anno dominus *Edwardus de Bayllol*, rex *Scotiæ*, tenuit Parliamentum cito poſt feſtum Sancti *Michaelis*; ad quod venerunt Nobiles regni *Angliæ*, terras & poſſeſſiones ibidem habentes: & finito Parliamento ſunt in pace reverſi. *Balliolus rex Scotiæ.*

Hoc anno tenuit dominus rex *Angliæ* Nativitatem DOMINI apud *Walingford*, cum regina prægnante; &, finitis feſtis, dimiſit eam apud *Woodſtock* ad pariendum. & ipſe poſt Purificationem beatæ *Mariæ* tranſtulit ſe verſus *Eboracum*, ad tenendum Parliamentum ibidem, quod die Lunæ in ſecunda hebdomada Quadrageſimæ inchoavit. ad quod Parliamentum vocatus fuit *Edwardus*, rex *Scotiæ*; ſed non venit, propter inſidias inimicorum ſuorum, in inſulis juxta *Scotiam* latitantibus: propter quod miſit excuſatores ſolemnes, ſcilicet dominos *H. de Bello-monte*, & *W. de Monte-acuto*, & quoſdam alios [2] Milites, ſeu Barones. *Parliamentum Eboraci.*

1 Et dominus rex multum offendebatur erga dictum archiepiſcopum *Eboracenſem*, propter dictas conſecrationem & confirmationem, & temporalia ſua recepit in manu ſua & multa alia mala eidem archiepiſcopo propoſuit feciſſe: ſed interventu nobilium de regno, & ipſius dicti *Ricardi de Bury*, pax inter eoſdem cito poſtmodum fuit reformata, & temporalia eidem Archiepiſcopo conceſſa. *Hæc è Cod. Cant.* — 2 Barones ſeu milites C. *quod probo.*

Balliolus homagium facit E. regi Anglorum.

Hoc anno, circa feſtum Sancti *Joannis*, rex *Angliæ* recepit homagium *Edwardi le Bayllol*, regis *Scotiæ*, apud *Novum Caſtrum* ſuper *Tinam*; & cito poſtea recepit homagium Ducis *Britanniæ*, pro Comitatu [1] *Richmundiæ*.[2] & poſtmodum vocavit Prælatos & Magnates, quod infra ſex dies, poſt tranſlationem Sancti [3] *Thomæ*, venirent ad eum apud *Notingham*, pro Concilio & aliis tractatibus habendis ibidem. & tunc ordinavit Parliamentum *Londoniis*, & archiepiſcopus convocavit Clerum ibidem ad Sanctum *Paulum*, die Lunæ poſt feſtum exaltationis Sanctæ Crucis; & quia non venerunt ad Parliamentum, quod *Scoti* omnes inſurrexerunt, & ceperunt dominum *Richardum Talebot*, & ſex alios milites, & multos pedites occiderunt, rex promiſit ſe iturum verſus *Scotiam*, pro *Scotorum* malitia refrænanda. & populus conceſſit ſibi XV denarium de Temporalibus, & de Civitatibus & Burgenſibus decimum denarium, & Clerus conceſſit unam decimam.

Rex ſtatuit T. S. adire.

Item in dicto Parliamento dominus rex conſenſit, quod iret in *Terram Sanctam*, propriis ſumptibus: ſed tempus certum inchoandi iter non expreſſit. ſed ordinavit mittere archiepiſcopum *Cantuarienſem* ad Papam, & ad regem *Franciæ*, ut poſſent de tempore concordare. ita quod illi duo reges poſſint, cum ſuis potentiis, ſimul arripere [4] dictum iter.

M. CCC. XXXIV.	JOANNIS XXII 19.	LUDOVICI IV 5.	PHILIPPI VI 6.	EDVARDI VI 8.

ANNO DOMINI M. CCC. XXXIV, dicti Papæ *Joannis* XIX, regis vero EDWARDI tertii à Conquæſtu VIII, incipiendo annum in feſto Sancti *Michaelis*, & continuando uſque ad finem ejuſdem anni. In feſto Sancti *Dionyſii*, *Joannes*, archiepiſcopus prædi-

1 *Richimundia C.* 2 Qui quidem Comes poſtmodum magnum ſuſtinuit damnum per *R. F.* qui impoſuit ſibi, licet falſe, quod idem comes cum domino rege *Angliæ* quaſdam competitiones & confœderationes fecit eidem regi *Franciæ* præjudiciales. *Card.* 3 *Thomæ* Martyris 4 Deeſt *C.*

Digitized by Google

ctus, *Cantuariæ* eccleſiam intravit, ſolemne convivium more ſolito celebravit, & in feſto Apoſtolorum *Simonis* & *Judæ* tranſivit mare, verſus regem *Franciæ*, cum aliis nunciis, ſicut prius fuerat ordinatum. Archiep. *Cant.* *Franciam* adit.

Hoc anno, cito poſt feſtum Sancti *Michaelis*, rex ſe tranſtulit verſus Marchiam *Scotiæ*, & in illis finibus hiemavit. & audito quod comes de [1] *Aſſeles* fuit proditioſe converſus ad *Scotos*, & quod dominus *Henricus de Bello-monte* fuit in quodam caſtro obſeſſus à *Scotis*, *Scotiam* intravit, & obſidionem fecit amoveri; & tenuit feſtum Nativitatis apud [2] *Rokesborgh*. Rex *Scotiam* intrat.

Hoc anno, circa feſtum Sancti *Martini*, dominus *Edwardus le* [3] *Boun* fuit ſubmerſus in Marchia *Scotiæ*, dum voluit liberare domicellum ſuum fugantem prædam animalium, ita quod neuter evaſit. Item hoc anno in nocte Sancti *Clementis* per nimiam inundationem maris per totum regnum *Angliæ* & maxime in *Tamiſia*, fuerunt rupti muri maritimi, & animalia infinita ſubmerſa; & terræ fructiferæ in ſalſuginem converſæ ſunt, adeo quod ad fertilitatem ſolitam per multa tempora non ſperatur poſſe redire. Inundatio maris maxima.

Item hoc anno, IV die decembris, obiit *Joannes* Papa XXII in palatio ſuo *Avinoniæ*, & in eccleſia Beatæ *Mariæ*, eidem Palatio contigua, eſt ſepultus. in qua ipſe fuit epiſcopus, ante Cardinalatus honorem. Vacavit ſedes Apoſtolica diebus XV, quia viceſimo die ejus menſis Decembris, fuit electus in Papam frater *Jacobus*, tituli ſanctæ *Priſcæ* presbyter Cardinalis, qui fuit [4] Monachus ordinis *Ciſtercienſis*, & magiſter in Theologia, de Comitatu *Fuxenſi* juxta partes *Tholoſanas* [5] oriundus; & die Dominica, poſt Epiphaniam tunc ſequente, fuit coronatus apud Fratres *Prædicatores* *Avinioniæ*. *Joannes* XXII Papa moritur.

Archiepiſcopus *Cantuarienſis* rediit circa Epipha-

1 *Athels* M. *ut ſupra.* 2 *Rokesborch* MS. *Rokesburghe* M. *& recte.* 3 *Bohoun* C. *quod melius.* 4 Commonachus *C.* 5 Oriundus. & vocatus *Benedictus* duodecimus, *Idem.* *Atque hic loci finit Codex* Rameſienſis, *ſive* Cardiganenſis.

niam,

Viſitatio Archiepiſc. Cant.

niam, & ſtatim poſt Purificationem ſuam eccleſiam, civitatem, & diœceſem *Cantuarienſem* viſitavit. Et cito poſt Epiphaniam rex *Franciæ* miſit Nuncios regi *Angliæ*, ſcilicet epiſcopum [1] *Abricenſem* & quendam [2] Baronem pro pace *Scotorum*; qui uſque ad diem Lunæ mediæ quadrageſimæ in *Anglia* expectarunt. & tunc apud *Notingham* conceſſæ fuerunt treugæ uſque ad feſtum Sancti *Joannis* Baptiſtæ tunc futurum; ut interim fieret Parliamentum ſuper illis, & aliis tangentibus ſtatum regni. In quo Parliamento apud *Eboracum* celebrato, extitit ordinatum, quod rex & Comites & Barones cum ſuis exercitibus irent in *Scotiam*, & Mare *Scoticum* pertranſirent; quod cito poſtea fuit factum. ſed *Scoti*, campeſtre bellum exſpectare nolentes, finxerunt ſe velle habere pacem; & poſtmodum, circa feſtum Sancti *Michaelis*, multi venerunt ad pacem, & præcipue comes de [3] *Aſſeles*, ſed alii noluerunt: ita quod poſtmodum captus fuit Comes de [4] *Moriſ* apud [5] *Edenbugh*, & in *Anglia* carceri mancipatus; & dominus *Richardus Talebot* pro duobus mille marcis redemptus. Comes vero de *Aſſeles*, volens oſtendere ſe vere ad regem *Anglorum* converſum, reverſus equitavit contra *Scotos* ad obſidionem unius caſtri, & ſubito cum paucis equitans incidit in hoſtes, magna multitudine conſtipatus; & nolens ſe reddere, ſed pugnare, cum XIII perſonis mediocribus eſt occiſus [6] poſt feſtum Sancti *Michaelis*, rex autem ſemper in illa Marchia *Scotiæ* morabatur: à qua adhuc nuncii Papæ & regis *Franciæ* nullatenus receſſerunt; ſed ut aliquam pacem, vel longam treugam, nobis inutilem, facerent, expectarunt.

Parliamentum Eboraci.

1 Lege *Abrincenſem*. 2 Deeſt *Walſing*. 3 *Athels Magd. Et ſic ſemper.* 4 *Moreff*, M. i. e. *Moravia*. 5 *Ednebroh MS.* 6 Abſunt à *Magd*.

ANNO

Digitized by Google

ANNO DOMINI M.CCC.XXXV, domini Papæ *Benedicti* XII anno primo, regis vero EDWARDI tertii à conquæſtu anno nono, incipiendo annum à feſto Sancti *Michaelis*, & continuando uſque ad idem feſtum anno revoluto. Rege prædicto in Marchia *Scotiæ* contra ſuos inimicos continue remanente, & mediantibus nunciis Papæ & regis *Franciæ*, multi tractatus pacis inutiles habebantur; & multæ treugæ ex parte *Scotorum*, ſubdole agentium, conceſſæ fuerunt, ſed nihil efficaciter expeditum; quia, illis pendentibus, interfecerunt comitem de [1] *Athels*, ſicut ſupra proximo capitulo eſt expreſſum. rex autem non permiſit *Joannem*, archiepiſcopum *Cantuarienſem*, ab ipſo longe diſtare. Hoc anno habuit rex decimam à Burgenſibus, quindecimam ab aliis, & decimam à Clero. Et circa Pentecoſten habuit Parliamentum *Northamtoniæ*, ubi dimiſit Prælatos & alios tractare; & ipſe ſecrete equitavit verſus *Scotiam*, cum paucis admodum, uſque ad [2] *Berwick*. [3] &, ibidem aſſumptis ſecum paucis armatis, equitavit ad villam Sancti *Joannis*. ubi invenit ſuos, [4] qui de eo ſtupebant & admirabantur eventu. & dictam villam fecit muniri foſſatis & muris, & ſuos comites miſit cum [5] rege *Scotiæ*, per patriam, ſi poſſent invenire *Scotos* reſiſtentes; ſed nulli audebant eos exſpectare, ſed per montes, paludes, & nemora latitabant.

Parliamentum *Northamtoniæ*.

ANNO DOMINI M.CCC.XXXVI, Papæ *Benedicti* XII anno ſecundo, regis vero EDWARDI tertii à conquæſtu, anno X, incipiendo annum à feſto Sancti *Michaelis* & continuando uſque ad idem feſtum anno revoluto: Tenuit idem rex Parliamentum *Londoniis* in quadrageſima; & apud *Eltham* tenuit Paſcha; & poſt Paſcha miſit verſus *Scotiam* comites tres

Rex nobiles in *Scotiam* mittit.

1 E Cod. *Magd.* MS. habet *Arſeles*. 2 Cod. *Magd.* more ſolito legit *Bevermick*. 3 Et inde, M. *recte*. 4 Qui de ſuo ſtupebant & admirabantur adventu M. *quod non improbo*. 5 I. e. *Ed. Balliolo*.

juvenes,

Digitized by Google

juvenes, viz. *Lancaſtriæ*, *Warwick* & *Arundel*, & multos Nobiles. & ipſe tenuit Pentecoſten apud *Wodeſtock*, & poſtea ſe tranſtulit verſus *Scotiam*: ubi caſtra munivit, & fecit bonum quod potuit; ſed *Scoti* nunquam voluerunt bellum expectare campeſtre, ſed fugientes ſemper, paludes, nemora, & loca abſcondita petierunt.

Obiit Comes *Cornubiæ*.

Hoc anno, in menſe Octobri, mortuus eſt *Joannes de Eltham*, comes *Cornubiæ*, frater regis *Angliæ*, in *Scotia* ſine bello. Item hoc anno dominus rex in ſingulis eccleſiis Cathedralibus fecit capi totam pecuniam collectam, & repoſitam in ſubſidium *Terræ Sanctæ*. Item hoc anno Papa revocavit decimam ſexannalem, conceſſam in ſubſidium *Terræ Sanctæ*, pro eo quod rex *Franciæ* verſus *Terram Sanctam* [1] nimis diſtulit iter ſuum, & voluit [2] quod ſolutum redderetur; ſed in *Anglia* nihil fuit redditum, quia fuit per Clerum [3] regi *Angliæ* conceſſum.

Sepultus *Weſtmonaſterii*.

Hoc anno circa feſtum Epiphaniæ, rex & archiepiſcopus venerunt de partibus borealibus *Londonias* pro ſepultura *Joan. de Eltham*, comitis *Cornubiæ*, qui apud *Weſtmonaſterium* eſt ſepultus. Et tunc convocavit rex Parliamentum ſuum ad diem Lunæ, poſt feſtum Sanctæ *Matthiæ* Apoſtoli; in quo Parliamento fecit filium ſuum primogenitum ducem *Cornubiæ*, & dominum *Henricum de Lancaſtria* filium comitem *Derbiæ*, & dominum *Willielmum de Boun* comitem *Northamtoniæ*, dominum *Willielmum de Monte-acuto* comitem *Sarum*, dominum *Hugonem de Audele* comitem *Gloceſtriæ*, dominum *Willielmum de Clynton* comitem *Huntingdoniæ*, dominum *Robertum Dufford* comitem [4] *Suffolciæ*. Et iſti facti fuerunt dominica ſecunda quadrageſimæ, apud *Weſtmonaſterium*, ubi etiam fecit XXIV Milites. Item in eodem Parliamento ſtatutum fuit, quod nulla creſcens lana in *Anglia* regnum exiret; ſed quod ex ea fierent panni in *Anglia*, & quod omnes

Creatio Nobilium.

Statutum de lana.

1 Minus *Walſing*. 2 Quod redderet *Magd*. 3 Ex eodem Codice. 4 *Suthfolch MS*.

opera-

operatores pannorum, undecunque in *Angliam* venientes, reciperentur; & quod loca opportuna aſſignarentur iiſdem cum multis libertatibus & privilegiis; & quod haberent vadia regis, quouſque poſſent commode de ſua arte lucrari. Item ſtatutum fuit, quod nullus uteretur panno extra *Angliam* operato, & impoſterum deferendo, rege & regina & eorum liberis duntaxat exceptis. Item nullus uteretur [1] pelura transmarina, niſi haberet in reditibus centum libras [2].

Explicit Opus *Adæ Murimouth*, Canonici *Londoniensis*.

---

1 Pellura M. Pellibus *Walſing*. 2 Quorum Statutorum non ſequebatur effectus, nec aliquis ea ſervare curavit M. ulterius progreditur Codex *Magdalenenſis*; ſed nos noſtrum ſecuti ſumus, ut videat Lector, quæ ſunt ipſius *Murimuthenſis*, quæ Continuatorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

ADAMI

MURIMUTHENSIS

CONTINUATIO.

E Codice *Reginenſi* nunc demum in lucem edita ab ANTONIO HALLIO.

OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO,

A. D. M.DCC.XXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Clariſſimo doctiſſimoque Viro

Richardo Medo,

Medicorum noſtri temporis

Coryphæo,

Hanc *Adami Murimuthenſis*

Continuationem,

Qua par eſt obſervantia,

D. D. C. L. M. Q.

ANTONIUS HALLIUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ADAMI MURIMUTHENSIS CONTINUATIO.

Explicit opus Adæ Murymouth, *Canonici* Londonienſis, *& incipit Continuatio aliqualis temporum ſubſequentium, incipiendo tamen annum ſecundum computationem Eccleſiæ* Romanæ viz. *à Nativitate* DOMINICA, *& continuando uſque ad idem feſtum anno revoluto.*

ANNO DOMINI M.CCC.XXXVII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XI, orta eſt grandis diſcordia inter reges *Franciæ* & *Angliæ*, ex eo, quod rex *Franciæ* multas terras & oppida in *Vaſconia* improbe uſurpaverat. qua de cauſa rex *Angliæ* plures oblationes humiles regi *Franciæ* fecerat, ſi ſaltem ſic terras ſuas recuperare poſſet: ſed cum nil proficeret, collectis undique pecuniis, mare tranſire diſpoſuit. Circa feſtum *Margaretæ* rex EDWARDUS tranſiit in *Flandriam*; inde *Coloniam* adiit. ubi imperatorem [1] *Bavarrum* ſibi concillavit, [2] *Brabanos* & *Flandrenſes* ſibi fœderavit; de quorum conſilio arma *Franciæ* ſuis immiſcuit armis, boreales partes *Franciæ* uſque ad *Tornacum* incendit & vaſtavit.

Diſcordia inter Reges *Angliæ* & *Fr.*

ANNO DOMINI M.CCC.XXXVIII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XII, circa feſtum Purificationis, rex EDWARDUS venit in *Angliam*; uxorem tamen ſuam cum liberis in ea parte progenitis [3] *Andwarpe* in [4] *Selonde* dimiſit, quaſi in aſſecurationem reditus ſui: celebratoque apud *Londonias* Parliamento, atque negotiis diſpoſitis, indixit *Angligenis* tributum quintæ partis bonorum; lanas [5] omni-

Rex redit in *Angliam.*

1 L. *Bavarum.* 2 *Brabantos*, vel *Brabantinos.* 3 *Antwerpiam.* 4 *Selandia.* 5 Neſcio an *Ovium.* Certe *Walſingamius*, in *Hypodigmate Neuſtriæ*, legit: *Lana novum vellus.*

um

um occupavit, nonamque garbam de omni gleba *Angliæ* ſuis expeditionibus deputavit. de proventu dominos villarum vicinarum reſpondere fecit.

Rerum copia.

ANNO DOMINI M.CCC.XXXIX, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XIII, tanta fuit rerum copia & æris inopia, quod quarterium frumenti *Londoniis* ad duos ſolidos venderetur, & bos pinguis ad dimidiam Marcam.

ANNO DOMINI M.CCC.XL. & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XIV, idem rex EDWADUS, in vigilia Sancti *Joannis* Baptiſtæ, cum ducentis navibus mare ingreſſus eſt verſus *Flandriam*; ſed juxta maritima *Flandriæ* claſſem *Francorum* copioſam & inſtructam obviam habuit. qua de cauſa, per totum diem illum, cum ſuis deliberans, in craſtino ſuperveniente in ejus auxilium valente milite *Roberto de Morleia*, cum boreali claſſe *Angliæ*, commiſſum eſt navale bellum fortiſſimum, quale circa [1] oras *Angliæ* nuſquam eſt viſum; ubi Deo favente *Franci* & *Normanni*, acriter ſagittati per *Anglos*, ſunt devicti; partim cæſi, partim [2] gratis ſubmerſi, partim capti, navibuſque eorum, exceptis paucis quæ aufugerant, totaliter occupatis.

Prœlium navale inſigne.

Inde rex *Angliæ Flandriam* attingens, adunato exercitu copioſo, borealem partem *Franciæ* vaſtavit, [3] urbem munitiſſimam [4] diuſcule obſedit; ſed tandem ob defectum pecuniæ, quam ſui ſegnes [5] procuratores ab *Anglia* non miſerant, contractis treugis & induciis inter reges, [6] utrimque diſceſſum eſt.[7]

ANNO DOMINI M.CCC.XLI, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XV, idem rex EDWARDUS cum navigio ſuo adiit *Britanniam* minorem; ubi, per cibos & potus inconvenientes, plu-

1 Horas *MS*. 2 Sic *MS*. forte, *Aquis*. 3 *Tornacum*, ut opinor. 4 *L*. diutiuſcule. 5 Pecuniatores *Walſing*. 6 Utrumque *MS*. 7 Hoc anno *Robertus de Eglesfeld* ſive *Eaglesfield*, illuſtriſſimæ Reginæ *Philippa* à Sacris, Collegium Reginæ de Oxon. fundavit. in quo educatus eſt filius regis primogenitus *Edvardus*, *Princeps Niger* vulgo dictus; qui *Galliam* ſubegit, uti & poſtea HENRICUS V, *Gallorum* itidem Domitor.

res

Digitized by Google

res de ſuis amiſit. miſſi ſunt tamen ad eum duo Cardinales, qui, ex parte Papæ, treugas triennales inter reges indixerunt; ſub quo ſpatio de jure, quod rex *Angliæ* vendicavit in regnum *Franciæ*, ad plenum poſſet diſcuti. In redeundo quoque de *Britannia* rex EDWARDUS maxima incommoda per marinam tempeſtatem perpeſſus eſt, quæ utique per [1] Necromanticos regis *Franciæ* [2] dicebantur procurari. Cardinales ad regem miſſi.

ANNO DOMINI M.CCC.XLII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XVI, obiit *Benedictus* Papa: ſucceſſit cito *Rothomagenſis* archiepiſcopus, *Clemens* ſextus vocatus: vir quidem inſignis literaturæ, ſed prodigalitatis profuſiſſimæ, adeo ut dignitates eccleſiaſticas, in *Anglia* vacantes, ſuis conferret Cardinalibus, novoſque pro eis in *Anglia* titulos moliretur imponere. qua de cauſa rex *Angliæ* offenſus, ſub anno gratiæ M.CCC.XLIV, proviſiones per Papam factas caſſavit. Et ne quis deinceps tales proviſiones afferret, ſub pœna carceris & capitis interdixit. *Clemens* Papa VI eligitur.

Et hoc anno, nonas Junii, natus eſt regi EDWARDO, *Edmundus* apud *Langeleye*, ex *Philippa* regina; quo anno rex EDWARDUS transfretavit in *Britanniam*, recepto prius homagio de domino *Joanne de Monte-Forti*, qui fuit verus heres ducatus minoris *Britanniæ*; ubi rex EDWARDUS plures villas, munitiones, & caſtra ſibi rebellantia fortiter conquiſivit. Poſt hæc villam de *Vanes* eſt aggreſſus, & illam obſedit: & quamvis *Philippus de Valeys*, rex *Francorum*, ſibi cum glomeroſa multitudine occurriſſet, captiſque inter ipſos treugis, remanſit nihilominus villa de *Vanes* prædicta regi *Angliæ* ſubjecta.

Hoc quidem anno apud *Northamptoniam*, in feſto nativitatis B. *Mariæ*, celebratum eſt Capitulum generale [3] Nigrorum Monachorum, ſub præſidentibus *Michaele*, Abbate Sancti *Albani*, *Thoma Henley*, Abbate Weſtmonaſterii, & Priore Sanctæ *Mariæ Eborum*. Capitulum Gen. Nigrorum Mon.

1 Nigromanticos M. 2 Dicebatur *mallem*. 3 I. e. *Benedictinorum*.

ANNO DOMINI M.CCC.XLIII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XVII, obiit *Benedictus* Papa XII, ſecundum quoſdam: cui ſucceſſit *Clemens* ſextus. vide ſupra proximo anno. Deceſſit etiam hoc anno *Thomas Henley*, Abbas *Weſtmonaſterii*; cui ſucceſſit *Simon de Birchestone*.

Tho. Henley, Abbas *Weſtm.* obit.

ANNO DOMINI M.CCC.XLIV, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XVIII, nata eſt regi EDWARDO filia, nomine *Maria*; quæ fuit poſtea copulata Duci *Britanniæ*. ſed [1] immature de medio eſt ſublata.

ANNO DOMINI M.CCC.XLV, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii XIX, *Henricus Lancaſtriæ*, Comes *Derbeyæ*, in *Vaſconiam* transfretavit, cum ſexcentis hominibus armorum totidemque ſagittariorum; qui primo inſultu urbem munitiſſimam de *Briggerak* cepit. [2] Hac XI Nobiles in ea exiſtentes, & plures alios de plebeiis etiam captivavit: urbes inſignes & villas inibi, numero quinquaginta ſex, regis *Angliæ* ditioni & juriſdictioni adjecit. Demum poſt exercitum *Francorum*, cum manu valida apud *Allebroch* contra eum venientem, contrivit: captis nobilibus XXIII, cum aliis viris armorum innumeris. ceteris vero aut gladio peremptis, aut turpiter in fugam coactis.

Comes *Derbeienſis* in *Vaſconia* fortiter bellum gerit.

In feſto tranſlationis Sancti *Thomæ*, rex EDWARDUS ingreſſus eſt mare, ignorantibus omnibus ſuis quorſum tenderet. Sed tandem ductu cujuſdam militis [3] ad *Harecourt*, nuper de *Francia* exlegati, in auſtrali parte *Normanniæ*, apud *Hogges* juxta *Sequanam flumen* applicuit. *Cadomum* & alias urbes ſpoliavit, unde ſui quamplurimum ſunt ditati. verum quia *Philippus*, rex *Franciæ*, pontes fluminum undecunque confregerat, ne exercitus ad invicem [4] poſſet confligere, rex

Rex in *Normanniæ*.

---

1 Sic lego pro *mature*, quod habet *MS*. 2 *F.* Hic. 3 Neſcio an *At.* 4 *F.* poſſent.

ED-

Digitized by Google

EDWARDUS *Normanniam* penetravit, & in ſuo tranſitu *Picardiam* devaſtavit. tandem rex EDWARDUS veniens *Puſianum*, fractum pontem ibidem juſſit reparari. Interim comes *Northamptoniæ*, flumen *Sequanæ* tranſiens, quingentos ex illis, qui pontium reparationem impedire conabantur, occidit.

ANNO DOMINI M.CCC.XLVI, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii XX, idem rex EDWARDUS, XVI die Auguſti, *Sequanam* flumen pertranſiens, verſus *Creſcy* iter arripuit. Patriam, ubicunque perrexit, circumcirca deſtruxit; incolas illius deprædavit, & captivavit. Aquam de *Summe*, ubi antea nuſquam fuit tranſitus, illæſus cum toto ſuo exercitu pertranſivit; tranſitum impedientes ad duo millia interfecit. Interim dominus *de Spencer* villam de *Croteye* viriliter cepit, quadringentis viris Armorum de *Francigenis* interemptis. Demum, XXVI die Auguſti, rex EDWARDUS, apud *Creſcy* in *Picardia*, *Philippum*, regem *Francorum*, glorioſe devicit, & fugavit. Duos reges, ſcilicet [1] *Bohemiæ* & *Majoricarum*, Ducem [2] *Lotharingiæ*, duos epiſcopos, octo comites, plureſque alios nobiles, duo millia militum, ac vulgus innumerabile in illo conflictu peremit. reliquam plebem fugere compulit ad diverſa loca, timidam & confuſam. *Philippus* vero rex *Francorum* in iſto certamine, ut fama vulgaris pro tunc ſe habuit, erat in gutture & femore vulneratus; ac per regem *Angliæ* bis decaballatus; captus ibidem revera fuiſſet, niſi fuga [3] conſiluiſſet. rex enim *Angliæ* ex tunc in obſidione villæ *Caleſiæ*, abolim *Angligenis* infeſtiſſimæ, per annum & amplius demoratus eſt.

Prœlium *Creſciacenſe.*

Quo etiam anno, XVII die Octobris, erat illud bellum ingens & atrox inter *Anglicos* & *Scottos*, apud *Dunelmiam*: qui, ad inſtigationem & procurationem regis *Francorum*, terram *Angliæ*, excedendo fines & limites, uſque ad locum prædictum acceſſerant. ubi, divina

Bellum atrox inter *Anglos* & *Scotos.*

1 *Boïmia MS.* 2 *Uthoring Walſing.* 3 *F. ſibi conſuluiſſet.*

favente

favente virtute, potiſſime per Clerum *Eboracenſem*, quibuſdam laicis adjunctis, non ſine confuſione & erubeſcentia, ſunt contriti. capti ſunt ibidem rex *Scotiæ*, *David le Bruys*, *Willielmus Duglaſs*, & quidam alii Nobiles. Ceteri autem ex illis, qui bello prædicto intererant, fugæ ſubſidio ſe dederunt.

ANNO DOMINI M.CCC.XLVII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXI, circa feſtum Sancti *Bartholomæi*, *Philippus* rex *Franciæ*, qui ad diſſolvendum obſidionem *Caleſiæ* non procul acceſſerat, diluculo clam aufugit, relictis tentoriis cum victualibus abundè refertis. quo viſo, confeſtim *Caleſienſes* reddiderunt villam prædictam regi *Angliæ*; qui, propter ejus diſpoſitionem & ordinationem, quaſi per unius menſis ſpacium, manſit ibidem. Tandem, ad inſtantiam domini Papæ, conceſſa treuga inter duo regna.

Caleſia capta à rege.

Rex EDWARDUS, circa feſtum Sancti *Michaelis*, in *Angliam* eſt reverſus; ſed in redeundo, ſicut quondam de *Britannia* minori repatrians, maximam tempeſtatem perpeſſus eſt in mari, ubi quoſdam valentes milites, & probos de ſuis amiſit. unde B. Virgini conqueſtus eſt dicens: *O beata* Maria, *Domina mea, quid eſt & quid portendit, quod tendendo verſus* Franciam *felici aura potior, mare placatur, & cuncta mihi proſpere ſuccedunt; ſed in redeundo verſus* Angliam *ſæva infortunia, & nimis adverſa, mihi eveniunt.*

ANNO DOMINI M.CCC.XLVIII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXII, erat magna pluviæ inundatio, quæ durabat à feſto Nativitatis Sancti *Joannis* Baptiſtæ, uſque ad Natale DOMINI proximo ſequens: ita ut vix tranſiret dies, quin plueret die vel nocte. Quo in tempore magna mortalitas hominum graſſata eſt per orbem, ab [1] auſtralibus & borealibus plagis incipiens, tantaque clade inſaniens, ut

Pluvia inſolita.

[1] Recte ſi ad *Angliam* reſpicias; ſed ortum tamen habuit hæc peſtis longe ſæviſſima in *Aſia*.

vix

vix media pars hominum remaneret. In quibuſdam vero religioſis domibus, de viginti non ſupererant niſi duo. In tantum vero deſævit, ſecundum quoſdam, quod vix decima pars hominum foret relicta. E veſtigio lues animalium eſt ſecuta; tunc reditus perierunt, tunc terra ob deſertum colonum, qui ipſam colere ſolebat, remanſit inculta. tantaque miſeria eſt inde ſecuta, quod mundus ad priſtinum ſtatum venire nuſquam poſtea habuit facultatem. Peſtis maxima.

ANNO DOMINI M.CCC.XLIX, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXIII, ſecundo die Januarii quidam Miles, unus de Secretariis regis *Francorum*, *Galfridus Charneys* [1] vocitatus, cum multitudine pugnatorum clam & ſubdole venit *Caleſiam* ad capiendam illam, ſecundum quod erat [2] per prius doloſe conductum inter ipſum & cuſtodem illius. Saltem [3] ad minus caſtrum, villæ prædictæ adjunctum, indubie obtineret; & ut ita fieret effectualiter, ſolvit præ manibus præfato cuſtodi, qui fuit *Januenſis*, magnam ſummam pecuniæ. Quód cum regi EDWARDO innotuit, ſecrete ibi cum ſuis viris armorum latebat, neſcientibus *Francigenis*. Miles vero prædictus, juxta conventionem, miſit quoſdam de ſuis, ut liberum introitum haberent, nomine ſuo, in caſtrum prædictum. Quibus ingreſſis, pons ligneus ante fores ſubito elevatus clauſos [4] recluſit ingreſſos; mox rex EDWARDUS extra villam *Caleſiæ* cum ſuis egreſſus animoſe *Francigenas* eſt aggreſſus: unde gravis pugna inter *Francos* & *Anglicos* eſt exorta: nam tam acriter pugnatum eſt utraque parte quod vix cum rege EDWARDO remanſerunt XXX de ſuis. tantum erant cum *Francigenis* occupati. Rex EDWARDUS, ſuper hoc aliqualiter perturbatus, evaginato gladio, dixit, Ha ſeint Edward, ha ſeint George. Quo audito, confeſtim *Anglici* confluebant ad eum, & facto impetu contra hoſtes

Dolus Galfridi Charneys.

Qui tamen poſtea victus à Rege & captus.

---

1 Mallem *vocatus*. 2 Delendum ſuſpicor illud *per*. 3 *Ut* magis mihi arridet. 4 *Incluſit* legendum conjicio.

graciose

gracioſe prævaluerunt ; ſic quod ducenti ex illis ceciderant interfecti, capto Milite ſupradicto cum pluribus aliis, ceteris in fugam converſis.

Joannes de Ufford peſte extinctus.

Hoc anno obiit magiſter *Joannes de Ufford*, Cancellarius *Angliæ*, electus & confirmatus in archiepiſcopum *Cantuarienſem* ; non tamen conſecratus. cui ſucceſſit, per electionem, magiſter [1] *Thomas de Bradewardeyn*, interim durante ſæva peſtilentia in *Anglia*. dominus Papa *Clemens* conceſſit plenam remiſſionem omnibus rite decendentibus, cauſa hujus [2] Epidemiæ in *Anglia*.

Bellum navale inter *Anglos* & *Hiſpanos*.

ANNO DOMINI M.CCC.L, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXIV, factum eſt bellum navale inter *Anglicos* & *Hiſpanos*, in mari juxta *Wynchelſey*, in feſto decollationis Sancti *Joannis* Baptiſtæ. in quo acriter fuit pugnatum ; tiam ab illo vix aliquis evaſit illæſus. Demum ceſſit victoria *Anglicis* Deo duce, captis XXIV navibus eorundem. In quo conflictu dicti *Hiſpani*, viri ſtrenui & robuſtiſſimi, quia ſe reddere noluerant, juſſu regis EDWARDI, omnes miſerabiliter perierunt.

S. de Byrcheſtone obiit

Item hoc anno obiit *Simon de Byrcheſtone*, Abbas *Weſtmonaſterii*, cui canonice per electionem ſucceſſit frater *Simon de Langham*. hic tantæ induſtriæ & circumſpectionis fuit, & tantæ facundiæ micuit : quod rex EDWARDUS fecit eum Theſaurarium *Angliæ*, & non Cancellarium. Poſt promotus eſt ad epiſcopatum *Elienſem*, & tunc factus Cancellarius *Angliæ* ; deinde, vacante ſede *Cantuarienſi*, ad illam eſt [3] tranſlatus. demum creſcente ejus fama *Urbanus* Papa quintus aſſumpſit eum in presbyterum Cardinalem, tituli Sancti [4] *Sexti*. Poſtremo vero factus eſt epiſcopus *Præneſtinus* per Do-

S. Langhami Elogium.

1 *Thomas Bradwardinus*, *Doctor profundus*, qui tamen ſtatim poſtea, peſte correptus, interiit. 2 Epidomiæ *MS*. 3 De hujus tranſlatione, occurrit ſæpius in Manuſcriptis hoc Diſtichon :

Latentur cæli, *quia* Simon *tranſit ab* Eli,
Cujus ob adventum flent in Kent millia centum.

Langbanius in Not. Margin. ad *Godwinum* de Præſulibus. 4 Sic *MS*. mallem *Sixti*. *Praxedis*, *Godvinus*.

minum

Digitized by Google

minum Papam *Gregorium* XII. obiitque *Avinoniæ* [die 22] Menſis Julii anno DOMINI [1] M. CCC. LXXV. Et obitus.
Obiit etiam hoc anno *Michael*, Abbas Sancti *Albani*, cui ſucceſſit frater *Thomas de la Mare*, Prior de [2] *Tyneme*, vir bonæ converſationis & ſanctæ vitæ. quidam tamen affirmant, quod iſti duo Abbates obierunt anno præcedenti. Obiit etiam eodem anno Magiſter *Thomas de Bradewardyn*, cui per electionem ſucceſſit magiſter *Simon de Iſlepe*.

Item hoc anno cum magna veneratione facta eſt tranſlatio Sancti *Thomæ*, *Herefordienſis* epiſcopi, præſente rege cum nonnullis eccleſiæ Prælatis, regniſque Nobilibus, & aliis [3] plebeiis in multitudine copioſa. Translatio D. Thomæ Hereford. Hoc quoque anno factum eſt duellum in palatio regis apud *Weſtmonaſterium*, inter dominum *Joannem Baſtardum* filium *Philippi* regis *Francorum*, & quendam Militem de *Ipres*, ceſſitque victoria *Joanni* prædicto.

Iſte erat annus Jubilæus, quo multi de populo utriuſque ſexus, pro gratia remiſſionis ſuorum peccaminum conſequenda, *Romæ* ſunt profecti. Annus Jubilæus. Venerunt etiam hoc anno in *Angliam* pœnitentes, viri nobiles & alienigenæ, qui ſua nuda corpora uſque ad effuſionem ſanguinis, nunc flendo nunc canendo, acerrime [4] flagellabant.

ANNO DOMINI M. CCC. LI, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii XXV, *Willielmus de Edyngtone*, *Wintonienſis* epiſcopus, vir magnæ prudentiæ, factus Theſaurarius *Angliæ*, excogitavit & fecit inſculpi novam monetam: ſcilicet, groſſum & dimidium groſſum, ad magnam utilitatem regis, non communitatis; Moneta nova. quia ex poſt omnia venalia cariora eſſe cœperunt. Operarii autem, & artifices ſervientes, callidiores & fraudulentiores, plus ſolito, deinceps effecti fuerunt.

---

1 1376, *Idem*. 2 *Twineham*, ni fallor, i. e. *Chriſtchurch* in Agro *Hantonienſi*. 3 Plebeis *MS*. 4 *Flagellantes*, Hæretici peſtilentiſſimi, qui *flagellationem Martyrio* præferebant, dicentes: quod *ipſi ultro ſanguinem proprium funderent*, Martyres *vero hoc ab aliis pati cogerentur*.

Digitized by Google

Clemens Papa VI moritur.

ANNO DOMINI M.CCC.LII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXVI, die Sancti *Nicolai*, obiit Papa *Clemens* ſextus, & cito poſt electus eſt in Papam *Stephanus*, *Oſtienſis* Epiſcopus, ſummus pœnitentiarius domini Papæ, & vocatus eſt *Innocentius* ſextus. Quo etiam anno erat magna cariſtia rerum venalium, & quædam duplo pluſquam ſolebant [1] viderentur, mare etiam & terra ſteriliora eſſe ceperunt.

Walterus de Benteleye, Miles.

Eodem anno dominus *Haymo* [2] *Attebethe*, epiſcopus *Roffenſis*, ſponte coram Papa renunciavit epiſcopatum *Roffenſem*; cui Papa providit de magiſtro *Joanne Schepeye*, Priore dictæ domus. Item hoc anno dominus *Walterus de* [3] *Bentleye*, Miles & cuſtos *Britanniæ*, in vigilia Aſſumptionis beatæ *Mariæ*, Mareſcallum regis *Franciæ*, ſuo cum magno exercitu, juxta [4] *Maurem* glorioſe devicit, captis innumeris & occiſis.

Siccitas magna.

ANNO DOMINI M.CCC.LIII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXVII, fuit tanta ſiccitas, ut vix à menſe Martii uſque ad menſem Julii caderet gutta ſuper terram. unde ſementa herbæ, & omnia alia fructifera, perierunt. Ob quam cauſam *Anglia* ſemper fertilis ab inſulanis petere alimoniam neceſſario eſt coacta. Hoc audiens dux *Willielmus de Seland* plures naves, ſiligine onuſtas, ad villam *Londonias* direxit.

Hoc etiam anno dominus [5] *Henricus de Lancaſtria*, comes *Derbeyæ*, factus eſt dux *Lancaſtriæ*, apud *Weſtmonaſterium*, & dominus *Radulphus de Stafford*, comes de *Stafford* eſt ibidem effectus.

---

1 Ita MS. Sed lege *venderentur*. 2 Vulgo *de Hethe*. 3 *Bentewe* Walſing. *minus recte*. 4 *Mauron* Id. 5 *Henricus*, comes *Darbiæ* & *Lancaſtriæ*, apud *Weſtmonaſterium* dux *Lancaſtriæ* eſt creatus. *Walſing*.

ANNO

Digitized by Google

ANNO DOMINI M.CCC.LIV, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXVIII, concordatum eſt, & juramento firmatum, inter reges *Angliæ* & *Franciæ*, excepto quod ſigilla eorum ad ſcripta indentata nondum apponebantur. Scilicet quod rex *Angliæ* haberet omnes terras ſuas ducatus *Aquitaniæ*, quas ſibi rex *Francorum* injuſte uſurpaverat, ſi rex *Angliæ* totum jus & clameum, quibus regnum *Franciæ* vendicabat, regi *Francorum* remitteret ac in perpetuum renunciaret. Super quo negotio ex parte regis *Angliæ* miſſi ſunt ſolemnes nuncii ad Curiam *Romanam*; videlicet, dominus *Henricus* Dux *Lancaſtriæ*, *Richardus* Comes *Arundell*, *Willielmus* epiſcopus *Norwicenſis*, & *Guido de Brian* Miles, ut dominus Papa dictam concordiam confirmaret. Sed, dolo & fraude *Gallorum*, quibus jugiter adhærebant, una cum conniventia domini Papæ, à concordia eſt diſceſſum. Rex vero EDWARDUS, ex hoc non modicum exaſperatus, copioſo exercitu congregato, regnum *Francorum* confeſtim [1] intravit, & illud vaſtare cœpit. Sed, audita captione *Berewici*, rediit in *Angliam*; & *Berewicum* de *Scotorum* manibus liberavit. Concordia, dolo *Francorum*, irrita facta.

Quo etiam anno feria tertia in ebdomada Pentecoſtes *Avinoniæ* combuſti ſunt duo Fratres minores, pro quibuſdam erroneis opinionibus, prout domino Papæ & ſuis Cardinalibus videbatur. illo quippe anno grandis ſeditio inter Laicos & Scholares *Oxoniæ* eſt exorta; nam Laici, collecta multitudine virorum de patria circumadjacente, in Scholares atrociſſime irruerunt: quoſdam vulneraverunt, & quoſdam crudeliter peremerunt. Poſtremo vero, bona eorum diripientes, eos de villa fugere compulerunt. Propter quod *Oxonia*, in poſtea, erat ſuppoſita eccleſiaſtico interdicto. Demum, mediantibus regni Magnatibus, & eorum amicis, pax inter eos tali pacto erat firmata; quod cives *Oxoniæ*, qui cauſam diſcordiæ miniſtrarunt, firmiter & perpetualiter obligarent, Seditio Laicorum *Oxon.*

1 Intravit *hoſtiliter* Walſing.

Digitized by Google

ſe nunquam de cetero Scholaribus *Oxoniæ* debere nocere, vel eos lædere, aut injuriam illis inferre; regimenque totius villæ Cancellarius Univerſitatis, qui pro tempore fuerit, & nullus alius ſcilicet laicus, in poſterum obtineret: Communitaſque villæ *Oxoniæ* dedit Univerſitati ducentas quinquaginta libras ſterlingorum, nomine emendarum pro tranſgreſſu, actionibus ſingularum perſonarum de Univerſitate nihilominus remanentibus ſibi ſalvis.

Stapula lanæ.

Hoc etiam anno, ordinatum erat per conſilium domini regis, quod ſtapula lanarum pro perpetuo maneret in *Anglia*, per diverſa tamen loca.

Philippus, rex Franciæ, moritur.

ANNO DOMINI M. CCC. LV, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXIX, deceſſit *Philippus*, rex *Francorum*; cui ſucceſſit filius ſuus *Joannes*, qui *Carolo* filio ſuo ſeniori contulit ducatum *Aquitaniæ*. propter quod rex EDWARDUS ſibi indignans, coram proceribus regni *Angliæ* aſſignavit illum ducatum *Edwardo* primogenito ſuo; quia ſibi jure hereditario pertinebat. Mox exercitu adunato circa feſtum nativitatis beatæ *Mariæ*, *Edwardus*, Princeps *Walliæ*, primogenitus regis EDWARDI tertii, tranſfretavit in [1] *Vaſconiam*: & tranſiens per patrias, quoſcunque ſibi rebellantes aut occidit, aut eos cum eorum ſpoliis captivavit; illos vero, qui ſe ſponte ſibi reddere voluerunt facta ei fidelitate, recepit in gratiam, & illo anno hiemavit ibidem.

Edvardi principis geſta.

Quo anno, circa principium menſis Novembris, rex EDWARDUS audivit *Joannem*, regem *Francorum*, apud *Sanctum Omerum* velle expectare, uſque ad ſuum adventum, ad dimicandum cum eo; qui illico *Caleſiam* transfretavit, cum duobus filiis ſuis *Leonello* & *Joanne de Gaunt*, ac domino *Henrico* duce *Lancaſtriæ*, atque comitibus *Northamptoniæ*, *Marchiæ*, & *Staffordiæ*, cum aliis Magnatibus & hominibus armorum ad duo millia. Rex vero *Francorum*, hoc perpen-

1 *Waſconiam* W. & *ſic ſemper*.

Digitized by Google

dens, conſumpſit victualia ſua, ne *Anglici* eiſdem ute- rentur, & clam cum ſuis abſceſſit. Quem ſic fugien- tem rex EDWARDUS inſecutus eſt, uſque *Hedinum*; ſed propter raritatem victualium verſus [1] *Caliſiam* rediit, totam patriam per X dies vaſtando.

Fuga Joannis, Francorum regis.

Et dum hæc agerentur, *Scoti* ſubdole & nocturno tempore ceperunt villam de *Berewick*; caſtrum tamen ejuſdem remanſit in cuſtodia *Anglorum*; ob quam cauſam rex *Edwardus* in *Angliam* eſt reverſus; &, accito Parliamento apud *Weſtmonaſterium*, conceſſum erat ei, [ut haberet] de quolibet Sacco lanæ, per ſex annos proximo ſequentes, [2] quinquaginta ſolidos. Eodem anno VII Idus Januarii natus eſt regi EDWARDO apud *Woodſtock* dominus *Thomas*.

Parliamentum Weſtmonaſterii.

ANNO DOMINI M.CCC.LVI, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXX, XIII die Januarii, regi EDWARDO in caſtro de *Berewick* exiſtenti, ſine inſultu, reddita eſt villa ejuſdem per *Scotos*. & confeſtim poſtea, XXV die Januarii, apud *Rokesbourgh* dominus *Edwardus Baillol*, rex *Scotiæ*, regnum & coronam *Scotiæ* tranſtulit in EDWARDUM, regem *Angliæ*, litteris ſuis patentibus & authenticis inde confectis.

Regis Scotiæ ſubjectio.

Quo etiam anno Princeps *Walliæ Edwardus*, primogenitus regis EDWARDI tertii, VI die Julii, cum exercitu ſuo movebat ſe de *Burdegala*, tranſivitque per patrias de *Agines*, *Peragor*, [3] *Lymoſim*, *Berry* & *Saloigne*, villas cum patria ſibi reſiſtentes incendit, vaſtavit, ac etiam deprædavit. Alias tamen villas, caſtra, & munitiones ſibi reddita, tenuit ſibi ſub tributo: cepit namque in iſta expeditione ultra ſex millia hominum armatorum, cum nonnullis Nobilibus, & aliis generoſis. Tandem, quaſi in fine anni ſui adventus, ſcilicet XIX die Septembris, vel ſecundum quoſdam XXI die ejuſdem menſis, dum *Henricus*, dux *Lancaſtriæ*, in mi-

Edvardi Principis facinora.

1 Utroque modo MS. legit, nonnunquam *Caliſiam*, alias vero *Caleſiam*.
2 XL W. 3 L. *Limoſin*.

Digitized by Google

nori *Britanniæ* circa obſidionem civitatis *Ranenſis* moram traxiſſet, Princeps *Walliæ* prædictus cum VI millibus, juxta civitatem *Pictavenſem*, *Joanni* regi *Francorum* copioſum exercitum ducenti, occurrit; &, facto congreſſu, cæſus eſt exercitus *Francorum*, capto rege, ac *Philippo* ejus filio juniore, domino *Jacobo de Burbone*, archiepiſcopo etiam *Senonenſi*, captiſque Comitibus XI, Nobilibus XXII, Militibus & aliis viris armorum pluſquam II millia. occiſi fuerunt in iſta pugna tres duces, XIX magni domini, quinque millia armatorum, & vulgus quaſi innumerabile. Finito bello Princeps prædictus, ducens ſecum præfatum *Joannem*, regem *Francorum*, rediit *Burdegalam* cum gloria & triumpho. De hac admirabili victoria, quidam *Anglicus* verſificando ſic ait:

Stetit fortunæ Rex Francorum *die lunæ*,
Quæ fuit altiſona, prope [1] Peyters *decima nona*,
Septembri menſe, dum Francia *corruit enſe*,
Anno tunc CHRISTI, *pro* Francigenis *puto triſti*,
Mil. ter centeno ſemel L. ſexto ſemipleno.
Jon *Rex prædictus, belli certamine victus*,
Eſt captivatus, ſic regno jure nudatus,
Anglia *quo ridet, &* Francia *nunc bene videt*,
Quod male præfecit quemvis, divina rejecit.
Non plus præſumat gens Gallica, *ſed ſibi ſumat*
EDWARD *ad florem*, Jon *captivo potiorem*,
Tunc ſcripta lege florebit Francia *rege*,
Et Rex regnorum dominabitur ille duorum.
Merlin *dum vixit, ſic venturum fore dixit*,
Et CHRISTUS *ſigna dat ad hoc ſibi multa benigna*,
Hinc Rex diſcretus cito vadat trans mare lætus
Ne faciendo moram conquæſtus negligat horam;
Pacem tractantes caveant ſibi, ſint rogitantes,
Sæpe cicatrices in vulnera priſca reſurgunt;
Intime pax quæritur, ſed pax bona non reperitur;

---

1 *Peicere* Walſing. *ſed abſurde, Peyters* enim in noſtro codice, idem eſt ac *Pictavium, Poictiers.*

Facilius

Digitized by Google

Facilius noſſe regnum devincere poſſe,
Quam ſtabilem pacem componere, vel efficacem;
Ducere jus clarum finem cupiunt ad amarum,
Qui ſuadent artem pro toto ſumere partem.
Et nomen dignum ſic perdere credo malignum.
Rex fuit Anglorum *victor totiens aliorum,*
Quod fortunatus talis eſt nullus reputatus,
Plus valet hoc omen regnantibus, & tale nomen,
Quam res mundana, quæ labilis eſt quaſi vana,
Raro bellantes ſunt quidam contrariantes.
Nomen non gaudent, quia vincunt plus ſibi plaudent.
Plebs læſa hæc fari vult Regis honor mutilari,
Si nummis nomen Jon *Rex vendantur & omen;*
Vox populi certa, conſtanter Regis amica,
Non reputat mores, pro nummis vendere flores,
Scutis EDWARDI *ſic flos fit amore Leopardi*
Quod reſecans flores, EDWARDI *tollit honores;*
Abſit ſic fieri clamat diſcretio cleri,
Totaque vox populi vult EDWARD *floribus uti,*
Et ſibi regnorum nomen retinere duorum.
Nam licet EDWARDUS, *ſit* Francos *flectere tardus,*
Scit Deus, ad plenum, quod ſubjugavit amænum
Regnum Francorum, *congaudens nomine* [1] *florum,*
Ut fraus vitetur plebs conſulit, ut meditetur
Quod captivati flent carcere non liberati,
Donec optatum tenuit ſibi pacificatum.

Hoc etiam tempore quidam Clericus, ex parte *Francorum*, duos verſus fecit ſequentes, in odium regis *Anglorum*?

O rex Anglorum, *deſtructor pacificorum,*
Credis Francorum *regnum ſuperare decorum.*

Quibus verſibus quidam *Anglicus*, videlicet magiſter *Robertus de* [2] *Anebury*, curiæ *Cantuariæ* Regiſtri cuſtos, reſpondit in hunc modum:

---

1 Iridum *nimirum. Hic enim, ut ſupra, ad Arma* gentilitia regis *Galliarum* reſpicit. 2 Forte, *Avebury*.

Francia

Digitized by Google

Francia regnorum fortiſſima flos aliorum,
Dudum ſublimis, quaſi parvula nunc ſtat in imis.
Hoc quia peccavit; [1] Phelp & Jon *quando creavit,*
Injuſtos reges, oſtendendo male leges,
EDWARD *per legem ſibi ſumpſiſſe bene Regem*
Sic quia [2] *nolebat merito flens* Francia *flebat.*
Rex Carolus *rectus* Francorum *ſiſtit erectus,*
Qui moritur, nato nullo de ſe generato.
Tunc lex ad florem ſibi junxit proximiorem.
EDWARD Anglorum *regem, de germine florum,*
Lex agnatorum zelum confundit eorum,
Qui ſpernunt natum de germana generatum.
Dantes pro rege genitum patrui, ſine lege,
Ille vocabatur Phelp, *de quo* Jon *generatur.*
Regnum Francorum *tenuit bene neuter eorum.*
Bellicus eventus probat hoc, teſtis violentus
Nullus miretur, ſi Francia *mole gravetur,*
Dum ſequitur pura negat EDWARDO *ſua jura.*
Quod petit [3] *hinc detur, tunc* Francia *pacificetur.*
Jon *velut intruſus eſt Floribus ipſe recluſus.*
Et ſinat EDWARDO *cum Flore frui Leopardo,*
Sic vero pacifica ſtet Francia, *nunc inimica.*
Hæc quæ ſcripta legis, tollunt diſcrimina regis,
Quod non pacificos hic diſtruxit, ſed iniquos.

Edvardus Princeps redit in Angliam.

ANNO DOMINI M.CCC.LVII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXXI, circa feſtum Pentecoſten *Edwardus* princeps *Walliæ*, de *Vaſconia* in *Angliam* rediens, & *Joannem* regem *Francorum* ſecum adducens, V die Maii in portu de [4] *Plummouth* in *Devonia* ſanus applicuit; & ſtatim miſſi ſunt in *Angliam*, ex parte domini Papæ, duo Cardinales pro pace reformanda inter duo regna, tertius Cardinalis venit in *Angliam* gratia viſitandi regem *Francorum*; qui vero in *Anglia* per biennium ſunt morati. Quo etiam

1 *Philippum* ſcilicet & *Joannem*. 2 Vel, volebat. *ad quantitatem enim ſyllabarum parum attendebant hujuſmodi ſcriptores*: ſeu, ut quod verum eſt dicam, neſciebant. 3 Melius fortaſſe, *hunc*. 4 Vel, *Plymmouth*.

anno,

Digitized by Google

anno, circa feſtum omnium ſanctorum, liberatus eſt *David le Bruys*, rex *Scotiæ*, de diutina cuſtodia, qua in caſtro de *Odyam*, per XI annos, jugiter tenebatur, magna pecuniæ ſumma mediante. *David R. Scotiæ liberatur.*

Hoc quoque anno, in *Francia* orta eſt illa magna Comitiva, gens ſine capite vocitata, qui multa diſpendia intulit *Francigenis*. Item hoc anno, XXVI die Auguſti, obiit domina *Iſabella*, mater domina regis EDWARDI tertii, quæ in eccleſia Fratrum Minorum *Londoniis* eſt ſepulta. Relaxatur etiam hoc anno [1] interdictum *Oxoniæ*, latum in Laicos; qui in Clericos inibi ſtudentes nequiter invadebant. *Gens ſine capite.*

ANNO DOMINI M.CCC.LVIII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii XXXII, magna controverſia coram ſummo Pontifice inolevit, inter magiſtrum *Richardum Filium-Radulphi*, primatem *Hiberniæ*, & Clerum in *Anglia* ex una parte, & quatuor Ordines mendicantium ex altera, ſuper ſtatu & regula eorundem. *Controverſia inter Clerum & Mendicantes.*

Eodem etiam anno, gravi clade vaſtantur *Normannia* & *Britannia*, per *Philippum* fratrem regis *Navarriæ*, dominum *Jacobum Pipe*, *Robertum Knolles*, & alios quam plures *Anglicos*, ſine juſſu regis EDWARDI tertii. & ſic in illis partibus, per tres annos, & amplius, hoſtiliter permanſerunt. *Normannia vaſtatur.*

Eodem quoque anno, apud *Wyndeſhore* rex EDWARDUS tertius feſtum Sancti *Georgii*, Martyris, fecit ſolemniter & regaliter celebrari. Quo etiam tempore, quidam, natione *Vaſco*, ſurrexit, vulgariter nuncupatus Archipresbyter, ducens ſecum unam Comitivam per diverſas partes *Franciæ*, ipſas hoſtiliter devaſtando; & potiſſime regionem *Provinciæ*. *Archipresbyter.*

1 *Propter Clericidium, & Sacrilegia illatum, ut loquitur Walſing.*

ANNO

Digitized by Google

Rex in *Franciam* navigat.

ANNO DOMINI M.CCC.LIX, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXXIII, idem rex EDWARDUS, *Edwardus* princeps *Walliæ*, Dux *Lancaſtriæ*, & omnes fere proceres *Angliæ*, congregatis fere circa mille curribus, *Franciam* adierunt; &, in partibus *Burgundiæ* & *Campaniæ*, per totam hiemem, ſub divo manſerunt. & interim *Normanni*, cum modica navium claſſe, apud *Wynchelſea* applicuerunt, ipſamque villam, Idus Martii, invaſerunt, & pro parte combuſſerunt: & recedentes, ſine damno eis illato, tulerunt ſecum ſpolia multa, & mulieres eorum oculis blandientes cum eiſdem captivas adduxerunt ad naves.

Caſtrum de *Windſor* ædificatur.

Item hoc anno rex EDWARDUS incepit novum ædificium in caſtro de *Windſore*, ubi natus fuerat, qua de cauſa locum illum ampliori ædificio, & ſplendidiori decorare præ aliis procuravit; cujus operis ſupervisorem rex conſtituit dominum *Willielmum de Wickham*, virum providum & diſcretum.

Mortes virorum nobilium.

Illo etiam anno, apud *Pontem fractum*, ſanguis de tumba Domini *Thomæ*, quondam Comitis *Lancaſtriæ*, effluxit. Obierunt etiam hoc anno, in exercitu domini regis EDWARDI tertii, & in *Anglia* viri nobiles & præclari: Comes *Marchiæ*, Comes *Oxoniæ*. *J. le Gray*, *C. le Say*, cum aliis valentibus & famoſis. Obiit etiam dominus *Galfridus de Northbrigg*, epiſcopus [1] *Ceſtriæ*; cui ſucceſſit dominus *Robertus de Strattone*.

Ingens tempeſtas.

ANNO DOMINI M.CCC.LX, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXXIV, quarto decimo die Aprilis, fuit ingens tempeſtas grandinis & [2] nivis, quæ in partibus tranſmarinis adeo invaluit, quod multi mortui ceciderunt in terram de exercitu domini regis EDWARDI tertii.

Anno DOMINI M. CCC. LIX, XIV. Kal. Junii,

---

1 I. e. *Lichefeldia* & *Conventua*. Sic enim nonnunquam ab antiquis ſcriptoribus indigetantur. 2 Nimis *MS.*

dominus

Digitized by Google

dominus *Joannes de Gaunt*, Comes tunc *Richmundiæ*, filius regis EDWARDI tertii, apud *Redyngum*, ex diſpenſatione domini Papæ, duxit in uxorem *Blancheam* conſanguineam ſuam, filiam Ducis *Henrici Lancaſtriæ*, circa feſtum Sancti *Dunſtani*, treugis conceſſis ſub ſpe pacis concepta. Rex EDWARDUS tertius cum exercitu ſuo reverſus eſt *Caleſiam*, & ibi manſit quouſque finalis pax inter duo regna eſſet completa. Et cito poſt, cauſa dictæ pacis firmandæ, tranſierunt *Caleſiam* dominus *Edwardus* Princeps *Walliæ*, dominus *Henricus* Dux *Lancaſtriæ*, cum aliis Magnatibus *Angliæ*. ſicque tractatus eſt ibidem, inter *Francos* & illos, quod pax inter duo regna erat ſub juramenti vinculo ſtabilita; confeſtimque mittuntur nuntii ſummo pontifici, pro pace, & pactis mutuis confirmandis. Quo tempore, ad præcepta domini Papæ, quievit controverſia inter Clerum & Ordines Mendicantium.

Pax inter reges *Ang.* & *Fr.*

Eodem anno obiit [1] *Armachanus* prædictus, *Avinoniæ*, die Sancti *Edmundi* regis, cujus oſſa ſuccedente tempore in *Hiberniam* ſunt delata, & apud *Dundalk*, ubi erat natus, ſunt ſepulta. quo in loco innumera ad laudem Dei fiunt miracula. In cujus viri tranſitu fertur quendam Cardinalem dixiſſe: *Hodie in eccleſia Dei cecidit magna columna.* compoſuit namque iſte libros diverſos, ſcilicet de *Quæſtionibus Armenorum*, de *Pauperie Chriſti*, *Sermones*que inſignes: in quibus, & aliis ſuis tractatibus, veraciter extat agnitum, quod fuerat probatiſſimus ſcriba in regno cælorum.

Primas *Hiberniæ* moritur.

ANNO DOMINI M.CCC.LXI, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXXV, idem rex EDWARDUS, XXIV die Januarii, apud *Weſtmonaſterium* tenuit Parliamentum. In quo tota materia concordiæ coram omnibus, qui aderant, fuerat propoſita, ac etiam declarata; placuit etiam univerſis dictam concordiam recipere, & tenere: unde celebrata miſſa

Parliamentum *Weſtmonaſterii.*

1 *Richardus Filius-Radulphi.* de quo vide plura apud *Lelandum* noſtrum, *de Scriptoribus*, p. 372. & *Jac. Waræum* de *Scriptoribus Hiberniæ*, p. 69.

de Sancta Trinitate, à *Cantuarienſi* Archiepiſcopo, in eccleſia *Weſtmonaſterii*, ultimo die Januarii. Rex EDWARDUS tertius fecit ſuos Nobiles ibidem jurare, ſuper ſacroſanctum corpus DOMINICUM, de obſervando concordiam ante dictam. Præſertim illos, tam Prælatos quam alios terræ Magnates, qui cum eo non erant *Caliſiæ*; ubi ipſe juravit, & ceteri Domini, qui cum ipſo erant ibidem, etiam rex *Francorum*, cum ſuis Nobilibus, conſimile præſtitit juramentum. die autem prædicto, apud *Weſtmonaſterium*, quidam domini *Francorum* etiam dictum juramentum præſtiterunt. ſicque firmata pace inter duo regna, liberatus eſt *Joannes*, rex *Francoram*, ſolvens tria millia millium Florenorum. Item dominus *Joannes de Gaunt*, filius regis EDWARDI tertii, iſto anno factus eſt dux *Lancaſtriæ*, jure uxoris ſuæ, filiæ & heredis *Henrici*, quondam ducis *Lancaſtriæ*; qui eodem anno, parum ante, diem ſuum clauſit extremum.

Pax juramento firmata.

Rex Fran. liberatur.

Quo etiam anno, illa magna Comitiva & famoſa eſt orta, diverſarum nationum coadunata; cujus duces pro majori parte erant *Angligenæ*. qui motu proprio, & quaſi gens ſine capite, partes *Franciæ* verſus *Avinoniam* invaſerunt, & villam *Sancti Spiritus* ceperunt; villas & caſtella in *Francia* diutius occupabant, nec potuit eos rex *Franciæ* à ſuis finibus expellere ullo modo. Item circa iſta tempora emanavit una Comitiva, vocata *Alba Comitiva*; quæ tranſivit per *Provinciam* in *Lumbardiam*, & duces iſtius Comitivæ erant *Anglici*: qui aliquando erant ſtipendiarii, aliquando ex proprio capite diſcurrentes, acceperunt redemptionem de diverſis caſtris, civitatibus, atque villis. ac ſic ibidem longo tempore perdurabant.

Comitiva famoſa.

Alba.

Iſto anno *Edwardus*, Princeps *Walliæ*, deſponſavit Comitiſſam *Cantiæ*, relictam quondam domini *Thomæ Holandiæ*, quæ olim fuerat ſeparata à Comite *Sarum*, cauſa Militis prædicti. Item hoc anno fuit magna mortalitas hominum, quæ peſtilentia potius viros quam mulieres conſumpſit. qua de cauſa obierunt in *Anglia* inclyti & Nobiles, Prælatique eccleſiarum quamplures, tam ſecularium

Magna mortalitas hominum.

Digitized by Google

cularium quam regularium. Deceſſerunt namque eccleſiarum Prælati *Reginaldus Wygorum*, *Mychael Londonienſis*, *Thomas Elienſis* epiſcopi. quibus ſucceſſerunt, proviſione domini Papæ, magiſter *Joannes de* [1] *Barnes* ad *Wygorum*, *Symon Langham*, Abbas *Weſtmonaſterii*, ad *Elienſem*, & magiſter *Symon Sudbury* ad *Londinenſem* eccleſias. Nobiles vero deceſſerunt *Henricus* dux *Lancaſtriæ*, *Reginaldus Cobham*, & *Willielmus Filius Warini*, Milites ſtrenui & famoſi.

Quo etiam anno apparuerunt mira prodigia, tam in *Anglia*, quam alibi in partibus tranſmarinis. Nam in *Burgundia* cecidit pluvia ſanguinea; in *Bononia* vero in aere apparuit crux ſanguinea; in *Anglia* vero & in *Francia* apparuerunt duo Caſtella, de quibus duo exercitus egrediebantur [2] unus albo, alter nigro colore exterius cooperti, commiſſoque prœlio alternatim vicerunt nunc albi, nunc nigri. demum regredientes ad eorum Caſtella diſparuerunt. Mira prodigia.

ANNO DOMINI M.CCC.LXII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii XXXVI, XV die Januarii, circa horam veſperarum ventus vehemens notus auſtralis [3] Africus tanta rabie erupit, quod flatu ſuo domos altas, ædificia ſublimia, turres, campanilia, arbores, alia quoque durabilia & fortia violenter proſtravit, pariter & impegit; ſic quod reſidua quæ extant, ſunt [4] adhuc deteriora. de quo quidam Metricus ſic ait; Ventus vehemens.

Verſus:

C. ter erant mille decies ſex unus & ille?
Luce tua, Maure, *vehemens fuit impetus auræ.*

Alius ſic:

Ecce flat hoc anno Maurus *in orbe tonans.*

Innuunt iſti verſus, quod anno DOMINI M.CCC.LXI, in feſto Sancti *Mauri*, Abbatis, contigit iſte ventus.

---

1 Forte, *Barnet*. 2 Uno *MS*. 3 Affrutus *MS*. 4 Conſtat ex hoc loco auctorem hujus *Continuationis*, quiſquis demum ſit, non multo poſt tempore floruiſſe, quam tempeſtas iſta acciderat.

Digitized by Google

Hoc verum eſt, ſecundum computationem eccleſiæ *Anglicanæ*; ſed, ſecundum computationem eccleſiæ *Romanæ*, vera eſt quotatio ſuperius conſcripta.

In feſto Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, rex EDWARDUS contulit eccleſiæ *Weſtmonaſterii* veſtimenta Sancti *Petri*, in quibus idem Apoſtolus Miſſas celebrare ſolebat. Item eodem anno primogenitus regis EDWARDI tertii accepit Principatum *Aquitaniæ*, factis homagio & fidelitate ſuo patri pro eo. qui eodem anno, circa feſtum Purificationis beatæ *Mariæ*, cum uxore & toto ſuo retenemento in *Vaſconiam* transfretavit.

Innocentius Papa VI moritur.

Obiit etiam hoc anno *Innocentius* Papa. ſucceſſit ei *Urbanus* quintus, vir quidem inſignis & multæ litteraturæ peritus. Hic, ſecundo Pontificatus ſui anno, quandam Conſtitutionem edidit, contra Clericos pluralitates beneficiorum obtinentes; modicum tamen profuit, quia Cleri ſic promoti, freti favore & auxilio dominorum, non permiſerunt ſuum ſortiri effectum.

Parliam. *Weſtmonaſt.*

Item hoc anno, XVI die Octobris, apud *Weſtmonaſterium*, rex EDWARDUS tenuit ſuum Parliamentum; & duravit uſque ad feſtum Sancti [1] *Bricii*; quo die natus erat, annis ætatis ſuæ quinquaginta expletis, unde in ſuo Jubilæo populo ſuo ſe exhibuit gratioſum. nam reis majeſtatis ſuæ regiæ offenſas & reatus indulſit, vinculatos libere abire permiſit, exules quoque revocavit; ad petitionem etiam Communitatis, cauſas in lingua materna & non extranea verſari juſſit: filioſque ſuos *Leonellum* fecit ducem *Clarentiæ*, & *Edmundum* comitem *Cantebriggiæ* inſtituit.

Obiit etiam hoc anno dominus *Joannes* epiſcopus *Lincolnienſis*; cui ſucceſſit, proviſione domini Papæ, dominus *Joannes de Bokingham*. deceſſit etiam hoc anno dominus *Robertus* epiſcopus *Ciceſtrenſis*, [2] cui Papa providit de magiſtro *Willielmo Lynne*.

1 An *Briccii*. 2 Sc. *eccleſia*.

ANNO

Digitized by Google

ANNO DOMINI M.CCC.LXIII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXXVII, Quidam, ſpiritu diabolico excitati, corpus cujuſdam ſacerdotis in quatuor partes *Londoniis* dividebant; quas per quatuor partes dictæ civitatis [1] contemtibiliter projecerunt. Auctores autem hujus ſceleris in publicum, uſque ad [2] præſens, nondum venerunt. Item hoc anno, nono die Octobris, tenuit EDWARDUS tertius *Londoniis*, unum Parliamentum, à quo nullus magnus ſe potuit excuſare. in quo omne ornamentum aureum, ſive argenteum, erat damnatum; ſcilicet in cultellis, cingulis, annulis, monilibus, & in ceteris corporalibus ornamentis: niſi fuerit talis, qui per annum XL libras poſſet expendere. Parliamentum *London.*

Venerunt etiam in *Angliam*, hoc anno, tres reges, videlicet, *Franciæ*, [3] *Cipriæ*, & *Scotiæ*, viſere & alloqui dominum EDWARDUM regem *Angliæ*. à quo honorati, duo eorum ad propria ſunt reverſi. Rex vero *Franciæ*, gravi morbo correptus, in *Anglia* lectulo decumbebat. Eodem anno VII Idus Decembris, cœpit gelare, duravitque gelu uſque ad XIV Kal. Aprilis. Quo etiam anno obiit bonæ memoriæ dominus *Radulphus de Schrovesbury* epiſcopus *Bathonienſis*; qui in eleemoſynarum largitione, & aliis operibus erat valde devotus. Tunc vero Papa tranſtulit magiſtrum *Joannem de Barnet* de *Wigornienſi* eccleſia ad *Bathonienſem*, magiſtrum *Joannem de* [4] *Wyntelelye de Roffenſi* eccleſia ad *Wygorum*, & magiſtrum *Thomam* [5] *Trillel* in *Roffenſem* epiſcopum confirmavit. Tres reges in *Angliam* veniunt.

ANNO DOMINI M.CCC.LXIV, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXXVIII, Abbas de *Bello*, eundo verſus *Londonias*, cuidam damnato ad furcas in Mariſcallia domini regis obvians, ipſe virtute libertatum ſuarum à necis interitu liberavit.

---

1 Contentibiliter *MS.* 2 Vide ſupra Not. ad initium anni M.CCC.LXII. 3 Sic *MS. Cypri*, ut opinor. 4 Ita *MS.* Vulgo *Witleſey*. 5 Alias *Trilley*, & *Trillick*.

Quamvis

Digitized by Google

Quamvis rex & alii magnates factum hujuſmodi graviter cordi tulerunt, chartas tamen ſuas per Parliamentum ibidem habuit approbatas. Quo anno, apud *Doveray* in *Britannia* minori, commiſſum eſt bellum fortiſſimum inter *Joannem* de *Monte-Forti* & dominum *Karolum de Bloys*, & ceſſit victoria domino *Joanni* prædicto, virtute tamen, & auxilio *Anglorum*, [1] captiſque Nobilibus, Militibus, & Armigeris cum aliis infinitis. In quo bello cecidit ipſe *Carolus*, cum innumeroſa multitudine; ſed ex parte domini *Joannis* ceciderunt tantummodo VII viri. Item hoc anno apud *Savoye*, juxta *Londonias*, obiit *Joannes*, rex *Franciæ*. cujus exequias EDWARDUS, rex *Angliæ*, in diverſis locis fecit ſolemniter celebrari; ac uſque *Dovoriam*, ſuis ſumptibus, per viros reverendos, corpus ejus more regio fecit conduci: ſepultuſque eſt apud Sanctum *Dionyſium* juxta *Pariſium*; & regnavit *Carolus*, filius ejus, pro eo.

Rex *Franciæ* moritur.

Mercatores *Lombardi*.

Eodem anno accuſati ſunt *Lumbardi* mercatores à conſociis ſuis, de magna infidelitate in mercimoniis ſuis facta regi, unde major pars illorum in turri *Londoniarum* aliquandiu incluſa fuit, quouſque finem regi juxta voluntatem ipſius feciſſent. Quo etiam anno *Edmundus de Langeley*, filius regis EDWARDI, filiam & heredem comitis *Flandriæ* deſponſaſſet, niſi propinquitas conſanguinitatis prohibuiſſet: unde pro diſpenſatione habenda miſſum eſt ad Papam; ſed rex *Franciæ* ne iſtud Matrimonium procederet calide impedivit. ſicque, ad inſtantiam *Francorum*, hujuſmodi diſpenſatio non proceſſit. igitur mulier prædicta poſtea copulata eſt *Philippo*, fratri regis *Francorum*, duci *Burgundiæ*.

Bellum inter Chriſtianos & Paganos.

Eodem anno, in planis *Turkiæ*, commiſſum eſt bellum valde letale in die omnium Sanctorum, inter Chriſtianos & Paganos; in quo de Chriſtianis ceciderunt princeps [2] *Joannes* rex *Hungariæ*, *Siwardus* rex *Gorgoniæ*, magiſter Hoſpitalis inſulæ de [3] *Rodes*, cum multitudine Chriſtianorum quinque mill. CCX, de Paga-

1 Rectius procederet oratio, ſi legas *captis*. 2 Forte *Ludovicus*. 3 *Rhodes*.

nis

nis vero occubuerunt XL mill. virorum robuſtorum, cum aliis popularibus infinitis: fueruntque principes Paganorum Soldanus *Babiloniæ*, rex *Turkiæ*, rex *Baldath*, rex *Belmarinus*, rex *Tartarorum*, rex de [1] *Letowe*. ex quibus tres fuerunt interfecti, ut ipſi qui interfuerunt dicto prœlio referebant.

ANNO DOMINI M.CCC.LXV, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XXXIX, natus eſt principi *Walliæ* & *Aquitaniæ* filius, *Edwardus* vocatus, qui ſeptimo ætatis ſuæ anno diem ſuum clauſit extremum; non tamen præmature, ut plurimi aſſerebant. Eodem anno *Ingelramus*, dominus de [2] *Cony*, apud *Wyndeſhoram* deſponſavit *Iſabellam*, filiam regis EDWARDI. Quo in tempore rex *Cipriæ* cepit *Alexandriam* magnam in *Ægypto*, perempta ibidem non modica multitudine Paganorum; qui vero, hoc ægre ferentes, venerunt contra eum adunati in maxima copia pugnatorum. Rex namque percepit ſe diu non poſſe, cum tam pauca gente, dictam civitatem tenere. Igitur conſumpta magna parte, ipſe cum divitiis ſuis immenſis ditatus, poſt quartum diem captionis civitatis ipſius, diſceſſit. Species vero diu poſt hoc fuerant [3] clariores.

Edwardus, Edv. Pr. filius naſcitur.

Rex Cypri Alexandriam capit.

ANNO DOMINI M.CCC.LXVI, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XL, obiit *Simon de Iſſlepe*, archiepiſcopus *Cantuarienſis*; vir utique Deo devotus. Cui ſucceſſit frater *Simon de Langham*, epiſcopus *Elienſis*, proviſione domini Papæ. Qui etiam tranſtulit magiſtrum *Joannem de Barnet*, de eccleſia *Bathonienſi*, ad eccleſiam *Elienſem*, & magiſtrum *Joannem Harewelle* in epiſcopum *Bathonienſem*, contemplatione Principis *Walliæ*, confirmavit.

Proviſiones Papales.

Eodem anno *Burdegaliæ* natus eſt domino *Edwardo*, Principi *Walliæ*, ſecundus filius *Ricardus*, quem rex

1 *Lithuania*, ut conjicio. Sic enim *Lithuaniam* appellat *Chaucerus*. 2 *Comyn* Wals. 3 Lege *Cariores*.

Ricardus

Digitized by Google

Ricardus Armoricarum de ſacro fonte ſuſcepit. Circa iſtud tempus, ad juſſum regis EDWARDI, redditis regi *Franciæ* villis & caſtris, per magnam Comitivam diu poſſeſſis, dominus *Bertrandus Claykyn*, Miles, belliger inſignis, ſemper [1] inquietus impatiens, fretus auxilio & favore domini Papæ, contra dominum *Petrum*, regem *Hiſpaniæ*, ut illum deponeret cum præfata Comitiva proceſſit; nam relatum fuit Papæ de rege iſto, quod vixit inter ſuos, tanquam peſſimus, maleficus, & tyrannus. audito adventu illius terribilis Comitivæ, rex prædictus, timore perterritus, fugit in *Vaſconiam*, ad dominum principem *Walliæ*, poſcens ab eo ſubſidium & juvamen. Quo fugato *Henricus*, frater ejus *Baſtardus*, aſſenſu majoris partis *Hiſpaniæ*, pariter & auxilio Comitivæ prædictæ, ſucceſſit in regno: erat autem numerus Comitivæ prædictæ circiter LX millia [2] pugnatorum.

Magna comitiva.

Obiit hoc anno dominus *Willielmus de* [3] *Cyngdone*, epiſcopus *Wintonienſis*, cui per electionem, domino rege volente, ſucceſſit dominus *Willielmus de Wikeham*, portitor privati ſigilli.

Guil. de Wickham.

[4] Capitulum 46.

Edvardus Pr. in Hiſpania victor.

ANNO DOMINI M. CCC. LXVII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XLI, tertio die Aprilis in *Hiſpania*, in lato campo juxta villam de [5] *Naſer*, commiſſum eſt bellum valde letale, inter Principem *Walliæ* & *Henricum Hiſpaniæ* intruſorem, ceſſitque victoria Dei nutu domino Principi; unde plures Nobiles *Hiſpaniæ* erant capti, & ad VII millia ferro & aqua, morte feſtina, conſumpti. Inter alios capti erant ibidem Comes de *Deen*, & *Bertrandus Cleykyn*, qui fuerat principalis conſiliarius ex parte dicti intruſoris, & dux primæ aciei. Igitur obtenta victoria illuſtris princeps *Walliæ* [6] præfatus dominum *Petrum* ſuum reſtituit

1 F. Quietis impatiens. *Et ſic Codex noſter à prima manu.* 2 Bellatorum *W.* 3 Lege *Edington.* 4 Ita MS. 5 *Najara*, nonnullis ſcriptoribus; aliis *Nachar*. 6 Melius legas *præfatum*.

in

Digitized by Google

in regnum. Qui poſtea, dolo & fraude dictorum intruſorum & *Bertrandi Cleyken*, in menſa occubuit jugulatus. [1] Nempe poſt victoriam multi ſtrenui & nobiles *Anglici* in *Hiſpannia*, fluxu ventris & aliis diverſis infirmitatibus, perierunt.

Eodem anno, circa principium menſis Maii, Papa *Urbanus* de *Avinionia*, cum plena Curia, ſe tranſtulit verſus *Romam*; ubi circa feſtum Sancti *Lucæ* Evangeliſtæ ſanus pervenit, ſummoque honore ab omnibus eſt ibidem receptus. placuit namque univerſis ſua veneranda præſentia, quia à tempore *Bonefacii* VIII Papæ, Papa nullus viſus fuerat ibidem: ſtatimque loca ſancta collapſa, & eccleſias dirutas reparavit. reliquias Sanctorum auro, argento, & gemmis pretioſis pulcherrime decoravit. Multa quoque & alia bona fecit ibidem; propter quæ infinitas benedictiones poſt mortem ab omni populo reportavit. Papa Romam adit.

ANNO DOMINI M.CCC.LXVIII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XLII, menſe Martii, viſa eſt ſtella Comata, inter partes ſeptentrionales & occidentales, ſuos radios verſus *Franciam* porrigens. Menſe Aprilis *Leonellus*, filius regis EDWARDI, dux *Clarenciæ*, cum electa multitudine nobilium *Anglorum*, tranſivit verſus *Mediolanum* ad ducendum filiam [2] *Calias* in conjugem, cum qua medietatem dominii *Mediolani* haberet; celebrato inter eos cum maxima gloria matrimonio. ipſe dux, circa feſtum nativitatis beatæ *Mariæ* proxime ſequens, diem clauſit extremum. Cometa. Leonellus dux Clarentiæ moritur.

Item hoc anno, menſe Octobris, dominus *Symon Langham*, archiepiſcopus *Cantuarienſis*, creatus eſt in Cardinalem; & ſequenti anno, menſe Aprilis, verſus curiam cepit iter. Igitur dominus Papa tranſtulit magiſtrum *Willielmum Witleſeye*, epiſcopum *Wigornienſem* ad eccleſiam *Cantuarienſem*, & magiſtrum *Linne* epi-

1 *Hic loci nonnulla deſiderari videntur.* 2 Pro *Galeas*, ſive *Gallias*, i. e. *Galeatii*.

Digitized by Google

ſcopum *Cicestrenſem* ad eccleſiam *Wygornienſem*, ac magiſtrum *Willielmum* [1] *Rude* ad eccleſiam *Cicestrenſem*, promovit.

Eodem quoque anno *Franci* pacem fregerunt, equitantes ſuper terras regis *Angliæ*, in Comitatu de *Pontyf*, caſtella, oppida, villas & munitiones ſurripuerunt; homines vero ipſius quoſdam vivos ceperunt; cauſam tamen fractionis pacis *Anglicis* cauteloſe & ſubdole imponebant.

ANNO DOMINI M.CCC.LXIX, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii XLIII, obiit *Blanchia*, Duciſſa *Lancaſtriæ*, filia domini *Henrici* nuper ducis *Lancaſtriæ*, & in eccleſia Sancti *Pauli* honorifice ſepelitur. Circa finem menſis, rex EDWARDUS tenuit Parliamentum ſuum apud *Weſtmonaſterium*; in quo tractavit de rupto fœdere inter ipſum & regem *Francorum*.

Parliam. *Weſtmonaſt.*

Hoc quoque anno erat magna peſtilentia hominum & groſſorum animalium, ac per inundationes aquarum ſequebatur magna damnificatio bladi, in tantum quod ſequenti anno modius frumenti pro tribus ſolidis vendebatur. Eodem quoque anno mortua eſt *Philippa* regina, in die aſſumptionis beatæ *Mariæ*, mulier nobiliſſima, & apud *Weſtmonaſterium* honorifice humatur. Obierunt quoque eodem anno magiſter *Henricus Percy Norwycenſis*, magiſter *Ludewicus* [2] *Charltone Herefordenſis*, & magiſter *Joannes Grantſone Exonienſis* epiſcopi, quibus proviſione domini Papæ, magiſter *Willielmus Courtenay* ad *Herefordenſem*, magiſter *Henricus le Deſpenſer* ad *Norwicenſem* & dominus *Thomas* [3] *Brantyngham*, favore literarum domini regis EDWARDI, ad *Exonienſem* eccleſias ſucceſſerunt.

Philippa Regina moritur.

Rupto pacis fœdere inter *Angliam* & *Franciam*, rex EDWARDUS, ſicut olim, totum regnum *Franciæ* vendicabat. Quare, circa feſtum nativitatis beatæ *Mariæ*, miſit *Joannem* ducem *Lancaſtriæ*, & Comitem

1 Leg. *Rede*. 2 *Sherleton* W. 3 *Brantingham* Id.

Herefordiæ

Digitized by Google

Herefordiæ cum valida manu militum in *Franciam*; ut ibi ſtrenue pro jure ſuo pugnarent: ſed ibi parum, vel nihil profuerunt. Nam grandis exercitus *Francorum* ſuper montem *le* [1] *Chalkhull* prope *Caleſiam*, & exercitus *Anglorum* ſub eodem monte longo tempore jacuerunt. Quidam valentes de *Anglicis* decreverunt inire certamen cum *Gallicis*, ſed prædicti domini hoc ratum noluerunt habere; dixerunt enim eos non habere ſufficientes homines armorum, ad congrediendum cum tanta multitudine pugnatorum. Comes vero de *Warrewyk*, audiens quod die ſtatuto *Franci* vellent pugnare cum noſtris, illac exiſtentibus, ipſe & ceteri validi cum electa virorum fortium Comitiva confeſtim pervenerunt ad mare, navibuſque paratis verſus *Caleſiam* cœperunt proſpere navigare: de quorum adventu exercitus *Francorum* ita extitit ſtupefactus, quod antequam terram attigerant, relictis victualibus ſuis cum tentoriis, latenter in fugam converſus eſt. Comes vero, ad terram applicans, cum ſuis *Normanniam* properavit. Inſulam de *Cawes* ferro & igne vaſtavit, ſed heu! in redeundo verſus *Angliam* apud *Caleſiam* morbo peſtilentiali arreptus, confeſtim fuit ſublatus de medio, parem ſibi, in armorum ſtrenuitate, & fidelitate regi & regno *Angliæ*, poſt eum ſuperſtitem minime dereliquit.

Exercitus in Franciam miſſus.

Galli fugiunt.

Elogium Comitis *Warwicenſis*.

Fovebat & tunc temporis eccleſia *Romana* contra dominos *Mediolani* guerram, quia ipſi injuſte terras reditus & caſtella de *Patrimonio beati Petri* longo tempore detinebant, & cum eccleſia fuit dominus *le Diſpenſer*, qui laudabiliter ſe habuit ibidem, poſt mortem ducis *Clarenciæ* in cujus Comitiva ad illas partes advenit. Quo in tempore floruit ille famoſus Miles dominus *Joannes Haukewode*, natione *Anglicus*, habens ſecum illam *Albam Comitivam* ſuperius tactam, qui nunc contra eccleſiam, & nunc contra præfatos dominos *Mediolani* arma gerebat, multa quoque facta egregia ibi operatus eſt cum ſuis, [2] immo mirabilia inaudita.

Joannes Hawkwood.

1 *Chalkhil. W.* 2 Ymmo MS.

Digitized by Google

Hoc etiam anno, circa converſionem Sancti *Pauli*, rex EDWARDUS, expletis ſumptuoſis exequiis circa ſepulturam reginæ *Philippæ*, uxoris ſuæ, tenuit Parliamentum ſuum apud *Weſtmonaſterium*, in quo petuntur à Clero decimæ triennales. Clerus vero diſtulit eas concedere, uſque poſt feſtum Paſchæ, & tunc taliter fuerunt conceſſæ, ſic quod in tribus annis forent certis terminis perſolvendæ: conſimiliter à laicis triennalis quintadecima fuit conceſſa.

Joannes Chandos.

ANNO DOMINI M.CCC.LXX, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XLIV, ſtrenuus & ſapiens miles dominus *Joannes Chaundos* in *Vaſconia* erat ab hoſtibus interfectus. In principio hujus anni rex EDWARDUS tertius, ſiniſtro uſus conſilio, magnam ſummam pecuniæ à Prælatis & dominis, ac mercatoribus, aliiſque divitibus mutuavit; dicens quod in defenſionem eccleſiæ & regni illam expenderet, nihil tamen profecit inde. Poſtea vero, circa feſtum nativitatis Sancti *Joannis* Baptiſtæ, rex EDWARDUS magnum exercitum, de valentioribus viris & magis expertis in bello, fecit ſollicite congregari: inter quos erant aliqui domini, id eſt, dominus *Grantſone*, & dominus *le* [1] *Filz-Water*, & alii Nobiles milites valentes. quibus præfecit in eorum Ducem dominum *Robertum de Knolles*, volens ut ejus diſcretione & induſtria, & non aliter univerſi dicti exercitus uterentur, & ejus imperio in omnibus obedirent; quia in bellicis congreſſibus, & in exercitus regimine fuerat ſatis inſtructus. Tandem, tranſito mari, in regnum *Francorum* pervenerunt; ubi, quandiu fuerant unanimes, *Franci* illos aggredi non audebant: demum circa principium hiemis, propter invidiam & cupiditatem inter eos, orta diſſentione, & præcipue inter ipſum *Robertum* & quendam militem *Joannem* [2] *Mynſteword*, qui certam aciem exercitus prædicti ducebant, in diverſas turmas ſe nequiter dividebant. *Robertus* vero *Knolles* cum ſuis in quoddam caſtrum in

Diſſentio inter Anglos.

1 *Fitz-Walter.* 2 *Menſterworth*, W.

Britannia

Digitized by Google

Britannia ſe recepit. *Francigenæ* vero in alios ſic diviſos, necdum in locis tutis conſtitutos acriter irruerunt, omneſque pro majori parte aut occidunt, aut captivos ſecum adducunt; ſicque propter eorum imprudentiam & diſſentionem regno *Angliæ* tunc accidit maximum detrimentum. Dictus vero *Joannes* [1] *Mynſtreworth* vix evaſit in *Angliam*, multoſque de ſuis amiſit; bullas quoque contra dictum *Robertum* erga regem & ſuum concilium proſequebatur, ipſum de proditione [2] inſtantia accuſando; ſed nihil profecit.

Rediit quoque hoc anno Papa *Urbanus* de *Roma* ad [3] *Avennoniam*, ea de cauſa, ut reges *Anglorum* & *Francorum* penitus concordaret; ſed proh dolor! ante opus inceptum, morte præventus, XXI die Decembris, ab hac luce inſtabili eſt ſubſtractus. Sepultus fuit ibidem, ad tempus, in eccleſia Cathedrali, ad magnum altare. deinde, anni ſpatio revoluto, ejus oſſa ad Abbatiam Sancti *Victoris* juxta *Marſiliam*, ubi quondam Abbas extiterat, fuerant deportata, & in eccleſia, quam ipſe pro majori parte de novo conſtruxerat, juxta principale altare ſepeliuntur. & in utroque loco, Deo cooperante, fiunt clara miracula; quibus ſua merita, qualia ſunt apud Deum, cunctis fidelibus apertiſſime declarantur. Cui ſucceſſit *Gregorius* XI, Diaconus Cardinalis, prius *Petrus Rogerii* nuncupatus.

Urbanus Papa V moritur.

Hoc etiam anno civitas [4] *Lemovicenſis* contra Principem rebellavit, ſicut nonnullæ aliæ villæ & caſtella in *Vaſconia*, propter graves exactiones & impoſitiones ac alia quodammodo importabilia per dictum Principem & ſuos, ut dicebatur, eiſdem impoſita rebellabant, divertentes ab ipſo & ſe regi *Franciæ* reddiderunt. unde iratus, in redeundo verſus *Angliam*, duris oppugnationibus & inſultibus circumquaque illam fatigat; demum, arte fodientium, illam cepit, captumque ſolo tenus fere deſtruxit; inventos in ea occidit aut cepit. ipſe vero propter quandam infirmitatem, qua jugi-

Vaſcones in Principem rebellant.

1 Sic etiam MS. 2 Inſtantius *W. non male.* 3 *Annivoniam Id.* 4 *Leponicenſis, Id.*

ter

Digitized by Google

ter vexabatur, & propter defectum pecuniæ, unde rebellantes refrænare nequibat, ad *Angliam* feſtinabat, & circa principium menſis Januarii, cum uxore & familia, apud Portum de *Plimmouth* applicuit; & relinquens poſt ſe in *Vaſconia* duos ejus fratres, ducem *Lancaſtriæ* & dominum *Edmundum* comitem *Cantebriggiæ*, cum aliis viris ſtrenuis & militibus bellicoſis.

Hoc anno, rege EDWARDO volente, apud [1] *Clarintoun* venit ad eum rex *Navarræ*, ad tractandum cum eo ſuper certis tangentibus guerram ſuam, dimiſſis pro eo in *Normannia* obſidibus uſque ad reditum ſuum illuc: ſed rex noſter obtinere ab ipſo non potuit quod petebat, ideo dictus rex receſſit magnis donariis honoratus.

ANNO DOMINI M.CCC.LXXI, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XLV, apud *Weſtmonaſterium* in quadrageſima celebrato Parliamento, rex petiit à Clero & populo ſubſidium quinquaginta millium [2] librarum, quod ſub deliberatione in convocatione Cleri facta poſt Paſcha, fuit conceſſum tam à Clero, quam à populo laicali. ad quam quidem ſummam perſolvendam ſacerdotes ſtipendiarii, ſecundum valorem [3] quod perceperunt erant taxati; minuta etiam beneficia, quæ nunquam prius erant taxata, ad complementum illius ſimiliter erant taxata.

Parliamentum *Weſtmonaſterii.*

Infecto Parliamento, ad petitionem Dominorum, in odium eccleſiæ, amoti ſunt epiſcopi de officiis Cancellarii, & Theſaurarii, & Clericus de Privato ſigillo & loco eorum ſeculares fuerant ſubrogati.

Clerici amoventur.

Durante Parliamento venerunt *Londonias* ſollemnes Ambaſſiatores, miſſi à domino Papa ad tractandum cum domino rege de pace; cupiens, ut aſſeruit, ſui prædeceſſoris exequi voluntatem. ſed [4] nullus ex hoc ſequebatur effectus.

1 *Claryndoniam W.* 2 Marcarum, *W.* 3 Lege, *quem.* 4 *MS.* legit *nullos.*

Digitized by Google

[1] Capitulum 47.

ANNO DOMINI M.CCC.LXXII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XLVI, nono die menſis Junii, idem rex EDWARDUS tenuit Parliamentum apud *Wintoniam*. ad quod de Clero moniti ſunt venire quatuor epiſcopi, & quatuor Abbates duntaxat; & erat factum ſolummodo, ut putabatur, propter mercatores *Londonienſes*, *Norwycenſes*, & alios in diverſis locis ſua mercimonia promoventes, de quibus dicebatur, quod contra regem EDWARDUM voluerunt rebellare. Parliamentum *Vintonia*.

Quo anno etiam dux *Lancaſtriæ*, & comes *Cantebriggiæ*, frater ſuus, cum duabus ſororibus, filiabus domini [2] *Petri*, quondam regis *Hiſpaniæ*, de *Vaſconia* in *Angliam* redierunt; quas poſtea in conjuges acceperunt, dux vero ſeniorem, & frater ſuus juniorem.

Hoc etiam anno nutu Papæ ad tractandum de pace inter duo regna exierunt de curia duo Cardinales, *Anglicus* ſcilicet & *Pariſienſis*; qui, ad ſuas provincias accedentes, diu ibidem, & in locis vicinis hinc inde, tractabant. Demum, acceptis procurationibus, ad Curiam ſunt reverſi, abſque pacis effectu.

Eodem anno erat bellum navale inter *Anglicos* & *Flandrenſes*, viceruntque *Anglici*, captis XXV navibus ſale onuſtis. interfectiſque hominibus & ſubmerſis, ignorantibus *Anglicis* quod de partibus illis fuiſſent. unde gravis diſcordia, & guerra, ceteraque mala inter utroſque occaſione hujuſmodi ſecuta fuiſſent, niſi pax amicabilis foret citius reformata. Prœlium navale inter *Anglos* & *Flandrenſes*.

Hoc quoque anno *Franci* obſiderunt villam de *Rochelle*, unde comes de *Pembrok*, juvenis XXV circiter annorum, fuit miſſus in *Vaſconiam*, cum multitudine armatorum, ad removendam obſidionem prædictam. Qui, ſulcantes maria, ſatis ſecuri uſque ad portum de *Rochelle* pervenerunt. ubi antequam Portum de *Rochelle* Galli obſident *Rupellam*.

1 Sic MS. 2 *Perronis*, *W*.

prædictum

prædictum intraſſent, ſubito irruit in eos claſſis *Hiſpanica*: quos ad pugnam tunc incautos & inordinatos, in multo diſcrimine perſonarum, [1] *Hiſpannii* devicerunt: in iſto enim congreſſu omnes *Anglici* aut erant capti, aut occiſi, aut quidam ex iis letaliter vulnerati; naves vero illorum [2] ipſi etiam combuſſerunt. Igitur captum comitem cum immenſo theſauro regni *Angliæ*, aliiſque Nobilibus & robuſtis, in vigilia nativitatis Sancti *Joannis* Baptiſtæ, in qua feſtum Sanctæ *Etheldredæ* virginis ſemper occurrit, in *Hiſpanniam* adduxerunt. iſtud namque infortunium quidam aſſeruerunt ſibi contigiſſe principaliter, tribus de cauſis: primo, quia ipſe uxoratus, rupto fœdere conjugali, cum aliis mulieribus rem nefariam adulterando commiſit; ſecundo, ipſe pernicioſus quadam inclementia, ut velut inſania fatigatus, jura & libertates eccleſiaſticas, in quodam Parliamento, delere ex animo affectabat; tertio, ipſe protinus ſtimulo nequitiæ exagitatus regi ſuaſit, & ſuo concilio, ut viri eccleſiaſtici bellorum tempore gravius quam alii jugiter multarentur. iſta vero ultima ſumme dominis temporalibus placuerunt, quæ deinceps quaſi in [3] conſuetudinem gaudentes traxerunt; reputantes ſe in hoc felices exiſtere, ſi quandocunque eccleſiam Dei novis impoſitionibus & tallagiis valeant onerare. Igitur qualiter regno *Angliæ* & ejus incolis poſtea ſucceſſit, ſatis novit & palam prædicat totus mundus.

Item hoc anno rex EDWARDUS, parato navigio copioſo, circa finem menſis Auguſti, cum magno exercitu mare intravit, ad removendum obſidionem de *Rochelle*; ſed ventus contrarius non permiſit eum longius à terra recedere. qui, aliquamdiu prope littus maris commorans, ventum proſperum expectavit; ſed quod volebat ſibi non ſucceſſit ad votum. demum, cum ſuis ad terram veniens, ſtatim ut abiit, ventus ad partes oppoſitas ſe convertit.

Item obiit hoc anno magiſter *Thomas Thirlik*, epi-

1 Ita *MS.* 2 Ipſi, *Hiſpani* ſcilicet. 3 Conſuetudinem *licet nunquam* gaudentes, *W.*

ſcopus

Digitized by Google

ſcopus *Roffenſis*, cui, ex proviſione domini Papæ, ſucceſſit frater *Thomas de Brantone*, Monachus *Norwycenſis*, Doctor in Decretis, & Pœnitentiarius dicti noſtri Papæ.

ANNO DOMINI M.CCC.LXXIII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XLVII, menſe Julii, *Joannes* dux *Lancaſtriæ*, cum ingenti exercitu, transfretavit in *Franciam*; [1] tranſivit per [2] *Pariſios* in *Burgundiam*; ſicque per totum regnum *Franciæ* uſque *Burdegaliam*, abſque *Francorum* reſiſtentia, equitavit. modicum, vel nullum damnum eis inferri permiſit; redemptionem à diverſis villis & locis accepit; & ita pertranſiit neminem moleſtando. Nihilominus, decimo die Aprilis, anno ſequenti, erat dies belli præfixus, inter ipſum & ducem *Andegaviæ*, juxta civitatem *Tholoſam*. Interim vero captæ fuerunt treugæ inter duo regna, ab [3] hinc uſque ad XX diem Maii [4] proximo ſequentem, proditorie tamen, ut dicebatur; quia dictæ treugæ regem *Angliæ* omnino latebant. Adveniente vero die ſtatuto, aderat illic magnus exercitus *Francorum*, per præfatum ducem congregatus, finaliter tamen dies ille tranſiit abſque bello, non ſine pudore ac vituperio *Anglorum*; quia *Francigenæ* jactabant ſe fuiſſe paratos in campo die ſtatuto, expectando illorum adventum, & non venerunt. unde multa convitia eis propterea intulerunt, aſſerentes eos eſſe falſos, timidos, & vecordes.

Dux *Lancaſtriæ* miſſus in *Franciam* cum exercitu.

Eodem anno miſit rex EDWARDUS certos ambaſſiatores ad dominum Papam, rogans eum, ut ſuper reſervationes beneficiorum in curia ſua factas in *Anglia* de cetero ſuperſederet; ut etiam electi ad epiſcopales dignitates, ſuis electionibus pleno jure gauderent; & ut à ſuis Metropolitanis, prout antiquitus fieri ſolebat, iidem electi confirmari valerent: ſicque ſuper his & aliis diverſis, in quibus tam rex quam regnum ſentiebant ſe plurimum gravari, remedia poſtulabant. Super quibus

Oratores ad Papam miſſi.

1 Sic *W.* Tranſiit, *MS.* 2 *Pariſium W.* 3 Hanc *Id.* 4 Proximum, *MS. Sed perinde eſt.*

Digitized by Google

vero materiis certa habuerunt reſponſa; de quibus reſponſis, cum redirent in *Angliam*, deberet ſibi reſcribi per regem de voluntate ſua & regni, antequam aliquid determinaret ſuper dictis. Quo etiam anno obierunt magiſter *Joannes Thorsby*, Archiepiſcopus [1] *Eborenſis*, magiſter *Joannes Barnet Elienſis*, & magiſter *Willielmus Lynne Wygorum* epiſcopi, quibus ſucceſſerunt auctoritate papali magiſter *Alexander Nevyl* ad *Eborum*, *Thomas* filius comitis *Arundellæ* ad *Elienſem*, & dominus *Henricus Wakefeld* ad *Wygorum* eccleſias. Hoc quoque anno in Parliamento erat decretum, quod eccleſiæ Cathedrales ſuis electionibus congauderent, & quod rex de cetero contra electos non ſcriberet, ſed per literas ſuas ad eorum confirmationes juvaret. hoc autem ſtatutum in nullo profecit.

ANNO DOMINI M.CCC.LXXIV, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XLVIII, in Parliamento ſuperius memorato conceſſa fuit domino regi una decima per Clerum, & una [2] decima per populum laicalem. In iſta æſtate rediit dux *Lancaſtriæ* de *Vaſconia* [3] confeſtim; poſtea tota *Aquitannia* præter *Burdegaliam* & *Bayonem*, contra regem *Angliæ* ad regem *Franciæ* ſe convertit. Quinto die Julii obiit magiſter *Willielmus Witeleſſeye*, *Cantuarienſis* archiepiſcopus; unde monachi ejuſdem eccleſiæ, ad eligendum licentiam à rege adepti, Cardinalem *Angliæ* in Archiepiſcopum poſtularent. Qua de cauſa rex, magna ira commotus, propoſuit prædictos Monachos exlegaſſe; multa vero bona expenderunt, antequam potuerunt ſuper illo facto regis gratiam obtinere. poſtulationi quoque factæ de Cardinali rex noluit conſentire, ſed nec Papa, nec Cardinales. Circa principium menſis Auguſti, fuit tractatum apud *Bruges* ſuper diverſis articulis, pendentibus inter regem *Angliæ* & Papam: duravit iſte tractatus fere duobus annis. Tandem concordatum eſt inter eos, quod

Dux *Lancaſtriæ* de *Vaſconia* redit.

---

1 Leg. *Eboracenſis.* 2 Quintadecima, *w. quod veritati propius.* 3 Sic MS. *Ego ſuſpicor* leg. *Vaſconia*; confeſtim poſtea.

Papa

Digitized by Google

Papa de cetero reſervationibus beneficiorum minime uteretur, & quod rex beneficia per breve, *Quare impedit*, ulterius non conferret. de electionibus ſuperius tactis, pro quibus dicti Ambaſſiatores primo ad Curiam erant miſſi, in iſto tractatu nihil penitus erat tactum; & hoc aſcribitur aliquibus, qui ſciebant potius per Curiam *Romanam* quam per electiones, ad dignitates ſpirituales, quas ambiunt, promoveri.

Hoc quidem anno, circa feſtum Purificationis beatæ *Mariæ*, convenerunt apud *Bruges* utriuſque regni Nobiles, tam proceres quam etiam Clerici, viri famoſi ad tractandum de pace inter duo regna; duravitque iſte tractatus per duos fere annos, non ſine magnis ſumptibus utriuſque partis. Tandem receſſerunt abſque pacis effectu. Tractatus de pace.

ANNO DOMINI M.CCC.LXXV, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno XLIX, nuncii domini Papæ, tam illi qui venerant pro pace tractanda, quam illi qui venerant ad tractandum inter regem *Angliæ* & dominum Papam, pro ut ſupra fit mentio, plures procurationes à Clero regni *Angliæ* receperunt. Quarto die Maii tranſlatus eſt magiſter *Simon de Sudbury*, *Londonienſis* epiſcopus, ad eccleſiam Chriſti *Cantuarienſem*, & magiſter *Willielmus Courtenay*, *Herefordenſis* epiſcopus, tranſlatus eſt ad eccleſiam *Londonienſem*, & ad eccleſiam *Herefordenſem* tranſlatus eſt [1] *Bangorenſis*. Hoc anno, in quodam tractatu de pace, conceſſæ erant treugæ inter duo regna, à feſto nativitatis Sancti *Joannis* Baptiſtæ uſque ad idem feſtum anni ſequentis.

Quo in tempore dux *Britanniæ* dominus *Joannes* [2] *Monford*, habens ſecum filium regis EDWARDI ſcilicet, comitem *Cantebriggiæ*, comiteſque *Marchiæ* de *Warweyk*, de *Stafford*, & dominum *le Deſpenſer*, cum multis aliis viris bellicoſis, in partes *Britanniæ*

---

1 Epiſcopus *Bangorenſis*, *W.* 2 *Monfort Id. quod idem.*

 transfretavit.

transfretavit. Quibus non multum poſt reddita fuit villa Sancti *Matthæi* ſupra mare, & duo caſtra ſcilicet de *Breſt* & *Orreye*, villam de *Kemperleye* ab eis obeſſam, in qua erant fere omnes majores *Britanniæ*, indubitanter cepiſſent, niſi quidam Miles portans nova de treugis ſuperveniſſet, præcipiens eis ex parte regis *Angliæ*, ut dimiſſa obſidione, ad *Angliam* feſtinarent. Quo audito, ſoluta obſidione triſtes & anxii receſſerunt. Quo etiam tempore inſula de *Canſtantyn*, in qua ſituatur caſtrum Sancti Salvatoris, diu obſeſſa à *Francigenis*, eis redditur cum ſuis pertinentiis univerſis, in non modicum regni *Angliæ* detrimentum.

Peſtilentia. Hoc anno erant calores nimii, peſtilentia quoque pergrandis tam in *Anglia*, quam in aliis diverſis mundi partibus, tunc temporis inolevit, quæ infinitos utriuſque ſexus ſubita morte conſumpſit. Item hoc anno obiit dominus *Robertus* [1] *Wyfeld* epiſcopus *Sarum*, cui ſucceſſit magiſter *Radulphus* [2] *Argum*. Deceſſit etiam hoc anno dominus *Edwardus le Deſpenſer*, & in Monaſterio de *Teukesbury* traditur ſepulturæ. Durante iſta epidemia dominus Papa, ad inſtantiam Cardinalis *Angliæ*, conceſſit omnibus decedentibus in *Anglia* qui de peccatis ſuis contriti fuerunt & confeſſi, plenam remiſſionem, per duas bullas, ſex menſibus duraturam. Hoc anno comes de *Penbroke*, per *Bertrandum Claykyn* redemptus, inter *Pariſium* itinerando & *Caleſiam* verſus *Angliam*, die Sanctæ *Etheldredæ* virginis, diem clauſit extremum. Tradunt aliqui illum dictam virginem multipliciter offendiſſe: ideoque talia infortunia ſuis diebus [3] feſtivis ſibi aſſerunt contigiſſe. Item menſe Novembris occurrunt apud villam de *Bruges* dux *Lancaſtriæ* & dux *Andegaviæ*, cum ſuis Prælatis & magnatibus utriuſque regni, ad tractandum de pace.

Comes de Pembroke moritur.

---

1 *Wivil.* 2 *Argins, W.* 3 Feſtinis, *Id.*

ANNO

Digitized by Google

[1] Capitulum 48.

ANNO DOMINI M.CCC.LXXVI, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno L, in principio menſis Maii, idem rex EDWARDUS fecit magnum Parliamentum apud *Weſtmonaſterium* celebrari. in quo, more ſolito, à Communitate quoddam ſubſidium petiit ſibi concedi pro defenſione ſui regni; ſed illi de Communitate reſpondentes dixerunt, ſe fore quotidie talibus impoſitionibus, ſive actionibus, multipliciter fatigatos, nec tale onus diu poſſe ferre, abſque maximo detrimento dicebant. Nam liquido eis conſtabat regem pro defenſione ſui & ſui regni ſufficienter habere, ſi regnum foret bene & feliciter gubernatum; ſed quamdiu tale regimen per malos Officiarios habeatur in regno, nunquam illud rerum copia vel divitiis abundabit. hoc itaque ſe offerebant certiſſime probaturos; & ſi poſt probationem hujuſmodi, inventum fuiſſet regem ulterius indigere, ipſum libenter juxta eorum facultates juvarent. Poſtea vero, plura erant delata de duce *Lancaſtriæ*, & de aliis Officiariis regis; & potiſſime de domino de *Latymore* ipſius Camerario, de peſſima gubernatione circa regem & regnum. Quare dux *Lancaſtriæ*, dominus de *Latymore*, & alii magni Officiarii regis, erant amoti; & in eorum loco alii ſubrogati. Item, ad petitionem Communitatis, extitit ordinatum, quod certi epiſcopi & comites, ac alii domini laudabiles, regem & regnum de çetero gubernarent; eo quod rex in ſenium jam vergebat; ſed iſta ordinatio vix per tres menſes duravit. Deinde iſti de Communitate de quadam *Alicia* [2] *Perers* graviter ſunt conqueſti, quæ nimis familiaris erat domino regi EDWARDO. Hæc enim fuerat accuſata de plurimis malis, quæ per eam & ejus fautores fiebant in regno. nam ſupra modum mulierum nimis eſt ſupergreſſa; ſui etenim ſexus & fragilitatis fæmineæ immemor, nunc juxta Juſtitiarios regios reſidendo, nunc in foro eccleſi-

Parliamentum Weſtmonaſterii.

Alicia Perers.

---

1 Ex *MS.* 2 *MS.* legit *Perers*, *W.* vero *Peres.*

Digitized by Google

aſtico juxta Doctores ſedendo, & pro defenſione cauſarum ſuarum ſuadere, ac etiam contra jura poſtulare minime verebatur : unde propter ſcandalum & dedecus, quæ inde regi EDWARDO plurimum [1] reſultabant, petierunt ab illo, eam penitus amoveri. Item in iſto Parliamento quædam ſiniſtra de quodam *Ricardo Lyons*, & *Adam Bury* [2] Mercatore *Londonienſi* fuerunt in lucem deducta. Primus vero, mediante pecunia, ab hujuſmodi clade valde ſagaciter, immo prudenter evaſit. Secundus, nempe ad ſibi impoſita ſtupefactus protenus de regno aufugit. Præterea inter iſtos de Communitate affuit, quidam Miles ſapiens, facundus & eloquens nomine *Petrus de la* [3] *Mere*. in cujus ore ſententia omnium dependebat. Hic vero, prout erat informatus, contra prædictam *Aliciam* & quoſdam alios de conſilio domini regis quædam, ſecundum quod egerunt, in publicum deduxit; qui propterea, ad inſtantiam præfatæ *Aliciæ*, apud *Notingham* erat perpetuo carceri adjudicatus. in quo, licet ejus amici ſæpius ſupplicaſſent pro eo, biennio tamen manebat incarceratus.

Petrus de la Mere.

Edvardi Principis obitus & elogium.

Octavo die Julii, durante adhuc Parliamento apud *Weſtmonaſterium*, in Palatio regis defunctus eſt Princeps *Walliæ*, primogenitus regis EDWARDI, videlicet in die Sanctæ Trinitatis. Quo die, ob reverentiam tanti feſti, ubicunque foret in orbe, maximam ſolemnitatem quolibet anno conſueverat celebrare. Cujus fortunam militiæ, tanquam alterius *Hectoris*, omnes gentes tam Chriſtiani quam Pagani, dum vixit [4] ſanus, plurimum formidabant [5]. Corpus vero ejus in Eccleſia CHRISTI *Cantuarienſi* honorifice ſepelitur. Quo extincto, profecto extinctus eſt cum eo effectus Parliamenti, nam illi de Communitate, cum quibus ipſe tenebat, non ſunt talem exitum dicti Parliamenti ſortiti, qualem pro meliori habuiſſe ſperabant.

Cantuariæ ſepelitur.

1 Reſultabantur, *MS.* 2 Mercatoribus *Londonienſibus W.* 3 *Mare W.* 4 Incolumis *W.* 5 Merito addit *Walſing. Eo igitur obeunte*, omnis obiit ſpes *Anglorum. quo quidem ſuperſtite nullius hoſtis incurſum, quo præſente nullius belli* congreſſum *Anglici timuerunt. Qui nunquam, eo præſente, paſſi probra male geſta ſive deſerta militia : qui nullam gentem adiit, quam non vicit ; nullam civitatem obſedit, quam non cepit.*

Hoc

Digitized by Google

Hoc etiam anno, circa principium menſis Julii, homines & tenentes comitis de *Warwick* contra Abbatem & conventum de *Eveſham* & eorum tenentes nequiter & malitioſe inſurrexerunt. Abbatiam cum villa deſtruere conabantur. homines vero illorum quoſdam verberibus multimode afflixerunt, quoſdam letaliter extinxerunt; venienteſque ad eorum maneria clauſuras [1] porcorum fregerunt, & incendio combuſſerunt; feras quoque occiderunt, nihil parcentes; capita etiam vivariorum frangentes, aquas excurrere permiſerunt, piſces ceperunt, & ſecum aſportarunt. Damna enim dictis locis, immo diſpendia graviſſima, intulerunt; pro certo dictam Abbatiam cum ſuis membris, ſecundum quod tunc veriſimile videbatur, finaliter deſtruxiſſent, niſi rex manus adjutrices citius appoſuiſſet, mittendo Litteras ad præfatum Comitem, præcipiens ut hujuſmodi malefactores ac pacis perturbatores compeſceret. ſicque timore regis, & amicis mediantibus pax inter ipſos fuerat reformata. Volunt quidam, quod propter iſtam brigam rex per illos in Parliamento conſtitutos noluit gubernare; unde filium ſuum, ducem *Lancaſtriæ*, ad ſui & regni regimen reaſſumpſit. qui uſque ad mortem regis ſic ſtetit. Inſultus Abbatiæ de *Eveſham* factus.

Eodem anno, ſtatim poſt purificationem Sanctæ *Mariæ*, apud *Weſtmonaſterium* celebrato quodam Parliamento rex petiit ſubſidium à clero & populo ſibi dari: ſubſidium tunc erat ſibi conceſſum; videlicet, quod à qualibet Laica perſona utriuſque ſexus, annos XIV excedente, perciperet quatuor denarios, exceptis notorie pauperibus, qui publice mendicarent. Et de qualibet Eccleſiaſtica perſona promota XII denarios, & de ſingulis aliis non promotis IV denarios, exceptis Fratribus quatuor Ordinum mendicantium. Parliamentum *Weſtmonaſt.*

Per idem tempus ſurrexit in Univerſitate *Oxonienſi*, quidam [2] borealis Magiſter *Joannes* [3] *Wyclif* ſecularis & doctor in Theologia, tenens publice in Scholis & alibi concluſiones erroneas & hæreticas, ac ſtatui univerſalis *Joannes Wiclivius.*

1 *Lege*, parcorum. 2 Borialis *MS*. 3 *Wicklef W*.

Eccleſiæ

Eccleſiæ contrarias & abſurdas; præcipue quoque contra Monachos & alios Religioſos poſſeſſionatos male ſonantes: unde ut ſuam hæreſin fortius palliaret, ac ſub [1] quæſito colore latius dilataret, adſcivit ſibi comites unius ſectæ in ſimul *Oxoniæ* & alibi commorantes longis veſtibus de ruſſeto indutos, nudis pedibus incedentes, tales errores in populo ventilantes, palam & publice in eorum ſermonibus prædicantes. Iſta vero inter cetera tenuerunt ad unguem ſibi: quod euchariſtia in altari poſt Sacramentum verum corpus CHRISTI non ſit, ſed ejus figura. Item quod eccleſia *Romana* non eſt caput omnium eccleſiarum, pluſquam una alia eccleſia; nec major poteſtas per CHRISTUM data fuit *Petro* quam cuilibet altero apoſtolo. Item quod Papa *Romanus* non habet majorem poteſtatem in clavibus eccleſiæ, quam quiſcunque alius in ordine ſacerdotii conſtitutus. Item, quod ſi [2] Deus eſt, domini temporales poſſunt legitime & meritorie auferre bona fortunæ ab eccleſia delinquente. Item ſi dominus temporalis noverit eccleſiam delinquentem, tenetur ſub pœna damnationis ejus ab ea temporalia auferre. Item quod evangelium ſufficit ad regulandum in vita iſta quemlibet Chriſtianum. Et quod omnes aliæ regulæ Sanctorum, ſub quarum obſervantiis degunt diverſi religioſi, non plus perfectionis addunt Evangelio, quam albedo parieti. Item quod Papa, nec aliquis alius Prælatus, deberet habere carceres ad puniendum delinquentes, ſed quilibet delinquens poſſet libere quocunque vellet tranſire, & facere quæ ſibi placeret. Hæc & plura alia publice, in ſubverſionem noſtræ fidei aſſerunt & affirmant; in tantum quod domini & magnates terræ, & multi de populo, ipſos in ſuis erroribus favent & fovent; eo quod tantam poteſtatem, ad auferendum temporalia à viris eccleſiaſticis, ipſis aſcribunt: propter quod iſtæ concluſiones coram Papa in audientia exhibitæ & lectæ, XXIII earum, tanquam hæreticas & vanas ipſe Papa damnavit, dirigenſque Bullas ſuas hoc anno domino archiepiſcopo *Cantuarienſi* &

Wiclivii Doctrina.

Damnatur.

1 Exquiſito, *Id.* 2 Dominus, *W.*

epiſcopo

Digitized by Google

epiſcopo *Londonienſi*, ut ipſarum auctoritate dictum Magiſtrum *Joannem* facerent areſtari, & ſuper concluſionibus diligenter examinari. Quo facto, atque habita declaratione ſuper ipſis, quamvis ficte dictus dominus archiepiſcopus ſibi & omnibus aliis ſuper illa materia, præſente domino duce *Lancaſtriæ*, indixit ſilentium, prohibens quod de cetero illam materiam nullatenus tangeret aut tractaret, neque illam permitteret alios ventilare. Qui tam ipſe, quam alii aliquamdiu ſiluerunt; tandem, contemplatione temporalium dominorum, eaſdem opiniones, immo illis pejores, poſt modum reaſſumentes, diutius in eorum malitiis perſtiterunt. Nec ab inceptis perſuaſionibus deſtiterunt, quamvis à multis pro hujuſmodi ut deſiſterent, fuerant ſæpius requiſiti.[1] Silentium illi indicitur.

Eo vero die, quo præmiſſa *Londoniis* erant peracta, propter quoddam verbum injurioſum à duce *Lancaſtriæ* epiſcopo *Londonienſi* prolocutum, confeſtim *Londonienſes* unanimiter conſurgentes, aſſumptiſque armis ipſum ceteris poſtpoſitis occidere proponebant. Sed dictus epiſcopus, ne hoc fieret, omnino prohibuit; & niſi epiſcopus tunc præſens ibidem fuiſſet, hoſpitium[2] ſuum de *Savoye* velociter combuſſiſſent: vix tamen ab illo propoſito potuit eos epiſcopus refrænare. tandem ad ipſius nutum pacifice quieverunt. Dux vero, audito tumultu, ſtatim conſurgens à prandio ad Manerium de *Kenyngſtone*, ubi tunc *Ricardus* filius principis[3] caſualiter morabatur, feſtinus acceſſit[4]. Alia etiam opprobria ſibi per vicos fecerunt. qua de cauſa odioſum animum diu contra eos gerebat; in tantum, quod Majorem & ſeniores eorum qui præfuerunt tunc fecit deponi, & in loco illorum alios ſubrogari. Tumultus contra *D. Lancaſtriæ*.

Hoc etiam anno, ſtatim poſt feſtum Sancti *Michaelis*, *Ricardus*, filius Principis, factus eſt Princeps *Walliæ*. cui rex EDWARDUS contulit ducatum *Cornubiæ* & comitatum *Ceſtriæ*. Eo anno, viceſimo ſecundo Richardus Princeps *Walliæ*.

1 Hi vocabantur à vulgo *Lollardi*. *W.* 2 Dicti ducis. *Id.* 3 *Cum matre ſua* caſualiter, *Id.* 4 Coram quibus de opprobriis illis illatis horribiliter ſunt conqueſti. *Id.*

Digitized by Google

die Julii, *Avinonia* obiit dominus *Simon Langham*, Cardinalis *Angliæ*. Circa principium menſis Octobris Papa *Gregorius* tranſtulit ſe, cum Curia ſua, de *Avinonia* verſus *Romam*.

ANNO DOMINI M.CCC.LXXVII, & regis *Anglorum* EDWARDI tertii anno LI & ultimo, XXI die Martii dominus *Joannes Miniſtreworth*, Miles, *Londoniis* primo fuit tractus, deinde ſuſpenſus, & poſtea decollatus: Poſtremo vero corpus ejus quadripartitum ad quatuor civitates famoſas in *Anglia* mittebatur per partes, caput vero ejus ſuper pontem *Londonienſem* erat affixum. fuit namque iſte *Joannes* regi & regno infidelis, cupidus, & perverſus, eo quod frequenter magnas ſummas pecuniæ à rege, pro vadiis hominum armorum acceptas, in uſus proprios convertebat; propter quod, immo & propter plura alia ſibi impoſita, timens mortem aliquando incurrere, ad regem *Francorum* latenter aufugit: cui facta fidelitate promiſit [1] claſſem *Hiſpanicam*, in dedicationem *Anglorum*, ad illorum fines adducere; ſed Deus juſtus, cui nullum latet ſecretum, juſte permiſit illum antea intercipi & puniri, [2] ut doloſe Dominum ſuum regem ſolumque natale nequiter infeſtando, ſuum iniquum propoſitum tam proditorie adimpleſſet.

Joannes Minſterworth decollatur.

Qualis vir fuerat.

Rex EDWARDUS in feſto Sancti *Georgii* Martyris, apud *Wyndeſhore*, *Ricardo de Burdewes* heredi ſuo contulit ordinem Militarem. qui poſtquam quinquaginta annis & amplius regnaſſet, XXI die Junii, apud manerium ſuum de *Schene* diem clauſit extremum. corpus ejus apud *Weſtmonaſterium* honorifice eſt humatum. erat namque iſte rex EDWARDUS inter omnes Mundi magnificos glorioſus, & bonitatis immenſæ, dictus [3] antonomatice glorioſus, quia virtute gratiæ divinitus ſibi conceſſæ ſuos univerſos Prædeceſſores, viros illuſtres & nobiles, quadam excellentia præfulgebat. corde magnanimus, quia propter infortunia & incommoda

EDVARDUS rex moritur.

Ejuſdem elogium.

1 Claſſem *Hiſpanicam* ſe adducturum ad regnum *Angliæ* invadendum. *W.*
2 Leg. *quam* pro *ut*. 3 Antonomaſice graciosus, *W.* Forte, *Antonomaſtice*.

quæcunque

Digitized by Google

quæcunque accidentia nequaquam expavit, aut vultum mutavit. belliger inſignis & fortunatus, quia in terra & mari in hujuſmodi bellicis congreſſibus triumphali gloria victoriam reportavit; clemens & benignus, familiaris & manſuetus etiam in omnes, tam externos quam internos ſuos ſubditos, & alios ſub ejus regimine conſtitutos; Deo devotus, quia eccleſiam Dei, & ejus miniſtros, in maxima veneratione habebat. In curis temporalibus tractabilis, providens in conſilio & diſcretus, in eloquii ſuavitate affabilis atque mitis, in geſtu & moribus compoſitus & maturus, afflictis compatiens, in beneficiis conferendis profuſus. In rerum affluentia ſatis modeſtus, in ædificiis conſtruendis mirabiliter curioſus, leniter ferens damna, deditus aucupationi attentius circa illam vacabat; corpore elegans vultum habens Deo ſimilem, quia tanta gratia in eo mirifice relucebat, ut ſiquis in ejus faciem palam reſpexiſſet, vel nocte de illo ſomniaſſet, illo die indubie ſperavit ſibi jucunda ſolatia & proſpera evenire; regnum vero ſuum, uſque in ſenium, ſtrenue gubernavit. Largus in donis, & prodigus in expenſis. Erat enim in univerſa morum honeſtate præclarus, unde ſub eo vivere erat regnare. In tantum namque ejus fama percrebuit apud barbaras Nationes, ut in ejus magnalia prædicando aſtruerent, nullam terram ſub cœlo fuiſſe, qui tam nobilem regem, tam generoſum, aut felicem unquam produxit, vel eo extincto conſimilem forſitan poſteris ſuſcitabit. Luxus tamen & motus ſuæ carnis etiam in ſenili ætate non cohibuit, unde citius, ut creditur, propter illius immoderantiam finivit vitam. Et profecto eſt hic ſumme notandum, prout ejus geſta ſupra teſtantur, quia ſicut in ejus primordio cuncta grata & proſpera ſucceſſive ipſum inclytum reddiderunt; ſicque ejus media ætate in ſumma gloria & honore exuberante felicitate tranſacta; ita vero eo ab ſenilem ætatem vergente, & ad occaſum tendente, peccatis exigentibus, paulatim illa felicia decreſcebant, infortuniaque infauſta enormia,& alia incommoda,crebeſcentibus malis pullulare cœperunt. & quod gravius eſt, longam continuationem diu poſtea habuerunt.

Digitized by Google

Expliciunt geſta Regis EDWARDI *tertii. Incipiunt geſta Regis* RICARDI *ſecundi, filii illuſtriſſimi principis* Edwardi, *qui Regem* Franciæ *captivavit.*

ANNO DOMINI M. CCC. LXXVII, RICARDUS de *Burdeaus* filius domini *Edwardi* illuſtriſſimi, & noſtro tempore incomparabilis, Principis *Walliæ*, heredis & primogeniti excellentiſſimi regis *Angliæ* domini EDWARDI tertii nuper defuncti, in principio undecimi ætatis ſuæ anni, XVII calendas Auguſti, videlicet, in vigilia Sancti *Kenelmi* Regis & Martyris, à domino *Simone* Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, apud *Weſtmonaſterium*, cum maxima celebritate, coronatur in regem totius monarchiæ regni *Anglorum*. cui *Londonienſes*, in ſua coronatione, maximum honorem præbuerunt. infra quam ſolemnitatem quatuor exaltavit in comites, videlicet avunculum *Thomam de Woodſtock* ad *Buckingham*, dominum de *Percy* ad *Northumbriam*, dominum de *Moubray* ad *Notyngham*, & quendam [1] Militem *Vaſconiæ*, magiſtrum ſuum, ad *Huntindoniam*.

Ricardus II coronatur.

Hoc anno, circa nativitatem Sancti *Joannis*, à tractatu pacis totaliter eſt receſſum; nam *Franci* pacem noluerunt habere, niſi concordia pro majori parte juxta voluntatem eorum tranſiſſet: & ſi fuiſſet concordatum, non modicum damnum eſſet regno *Angliæ* generatum. Eodem tempore, ſtatim poſt mortem regis, *Franci*, cum multis galeis & navibus intrantes mare, venerunt ad villam de *Rie*, juxta Monaſterium de *Bello*, & applicuerunt ad terram, ipſamque villam deprædantes combuſſerunt & deſtruxerunt uſque ad ſolum. & ſic recedentes duxerunt ſecum plures utriuſque ſexus captivos,

Franci infeſtant *Angliam*.

1 Sc. *Giſardum*, ſeu *Guiſcardum*, de *Angoliſmo*.

&

& reliquos quos repererunt occiderunt. Et poſtea intrarunt Inſulam *Vectam*, ubi poſtquam aliqua loca ſpoliaſſent & concremaſſent, accipientes mille marcas pro redemptione ipſius, redierunt ad mare; & continue, uſque ad feſtum Sancti *Michaelis* circuierunt, per maritima loca *Angliæ* comburentes & vaſtantes loca plurima, & maxime in partibus auſtralibus, interficientes quoſque poterant invenire, capienteſque prædas animalium & aliarum rerum, & aliquando priſonarios, damnum modicum reportarunt, quia parvam reſiſtentiam habuerunt. Iſtis enim XL. annis elapſis, ut creditur, non fuerunt in *Anglia* tot mala facta per inimicos, ſicut in illo quarterio fuerant perpetrata. *Vectam I. capiunt.*

¶ Poſt coronationem regis, facti ex communi aſſenſu deputati fuerunt, ad gubernationem regis & regni, ipſo in minori ætate manente, duo epiſcopi, duo Comites, duo Barones, duo Baronetti, duo Bachelarii Milites, cum uno juris terreni perito. Ordinatum etiam fuit, quod iſti quolibet anno erunt amoti, & alii in loco eorum electi. Deputati ad regnum gubernandum.

Hoc anno *Joannes Haukwood*, de quo mentio ſupra fit, duxit in uxorem filiam domini [1] *Bernabo* domini *Mediolani* ſcilicet Baſtardam, cum qua idem dominus contulit dicto *Joanni* ad valorem X. M. Florenorum annui reditus; & ex tunc aliquas commitivas non duxit, ut prius. *Joannes Haukwood.*

Eodem anno, in quindena *Michaelis*, erat Parliamentum *Londoniis* convocatum, quod fere uſque ad natale DOMINI perduravit. In quo Parliamento conceſſæ erant regi à Clero duæ decimæ, ſimul in principio menſis Martii perſolvendæ; & à laico populo duæ quintodecimæ, in feſto Purificationis ſimiliter ſolvendæ, ad regni defenſionem & inimicorum expugnationem. Hoc etiam anno, ſtatim poſt feſtum omnium Sanctorum, dominus *Thomas de Woodſtock*, comes de *Buckingham*, dux *Britanniæ*, dominus *Latemere*, & dominus *Robertus de* [2] *Walys*, Prior Hoſpitalis Sancti *Joannis Angliæ*, Parliamentum *Londoniis*. *Angli intrant Mare.*

[1] F. *Barnabono.* [2] *Knolles*, W.

cum

Digitized by Google

cum electa multitudine armatorum, mare ſine equis intraverunt; unde, in nocte Sancti *Martini*, tanta vis venti & pluviæ [1] accedebat, quod fere omnia ornamenta navium eorum defregit. ſic quod coacti ſunt redire ad terram. ſed navibus eorum reparatis remearunt ad mare, & cito ante Natale DOMINI revertentes nihil vel modicum profuerunt.

Gregorius Papa XI *Romæ* moritur.

ANNO DOMINI M.CCC.LXXVIII, *Gregorius* Papa undecimus, XXVII die menſis Martii, moritur apud *Romam*. poſt cujus mortem, Cardinalibus pro electione novi Papæ in Conclave ingreſſis, magna multitudo communitatis urbis *Romæ*, ſumptis armis Palatium invadentes, quaſi voce minatoria clamaverunt, *Italicum* ſe velle in Papam habere; unde Cardinales, timentes ſibi vim inferri, quendam Cardinalem *Romanum* decrepitum, ad ſedandam eorum ſeditionem & clamores, in ſublimi ponentes, finxerint ſe elegiſſe in Papam: & tunc, poſt receſſum populi, Archiepiſcopum *Barenſem*, de Regione *Neapolitana* oriundum, Cancellarii in Curia vices gerentem, VIII die menſis Aprilis, concorditer elegerunt. qui *Urbanus* ſextus nominatus, XVIII die ejuſdem menſis, videlicet die Paſchæ, ad gradus eccleſiæ Sancti *Petri* fuit ſolemniter coronatus & conſecratus: ſicque Pontificalibus indutus Cardinalibus omnibus, qui tunc erant in Curia præſentes, comitantibus ſtatim equitavit ad eccleſiam *Lateranenſem*; ubi miſſa ab eo cantata ad Palatium remeavit cum quo ipſo die omnes Cardinales extiterunt, & poſtea canonicam obedientiam ſibi facientes, ac ſupplicationes varias porrigentes, cum eo ſteterunt in pace; ſuccedenti tamen tempore, cum iſte *Urbanus* voluiſſet, quod Cardinales ſui ſuas magnas pompas dimiſiſſent,& cum moderata familia ac cum cibis ac potibus moderatis vixiſſent, ſuoſque titulos reparaſſent conſtruxiſſent & in eis habitaſſent, videbatur eis grave, quod nitebatur eis imponere, circa nativitatem Sancti *Joannis* ſecreto ad invicem con-

1 Sic *MS*. Sed leg. ſuſpicor; *accidebat*.

ſpirabant,

ſpirabant, & contra eum rebellare unanimiter diſponebant; clamque recedentes ab eo in regionem *Neapolitanam* aufugerunt. quos regina ejuſdem, in quoddam Caſtrum recipiens eos contra dictum *Urbanum* diu favebat. Aſſerebant enim iſti Cardinales eum verum Papam non eſſe, quia, ut dixerunt, niſi fuiſſet propter metum mortis eum minime elegiſſent; ſicque Cardinalem *Gebennenſem* vulgariter nuncupatum, filium quondam comitis *Gebennis*, conſanguineum regis *Franciæ* de novo elegerunt, ipſum *Clementem* VIII nominantes, dictoque regi *Franciæ* pro auxilio impendendo litteras direxerunt. Cui *Clementi* Schiſmatico, ejuſque Cardinalibus, rex *Franciæ* cum omnibus ſibi adhærentibus conſilio & auxilio, in quantum valet, ſuccurrit; & ita horribile ſchiſma in capite univerſalis eccleſiæ eſt exortum. Papa vero circiter XX Cardinales de novo creavit, & Cardinales ſchiſmaticos excommunicavit, omnibus beneficiis privavit, & ad omnimoda beneficia in poſterum obtinenda inhabilitavit. **Schiſma in eccleſia *Romana*.**

Eodem anno, circa principium menſis Aprilis, intrarunt mare ſine equis domini comites *Arundelliæ* & *Sarum*, cum armatorum multitudine copioſa; qui circa feſtum Pentecoſtes, abſque damno noſtris inimicis illato, ut dicitur, ſunt reverſi. in quorum primo ingreſſu in mare, dum duo Fratres, videlicet domini *Philippus* & *Petrus Courteneye*, ſe nimis indiſcrete inter paucas naves [1] ingreſſerunt, ſubito ſupervenit una magna Claſſis *Hiſpanica*, cui quum non fuerunt potentes reſiſtere, frater *Philippus*, cum de ſuis aliquot perdidiſſet, graviter vulneratus aufugit; & *Petrus*, inter naves inimicorum concluſus, cum diu intra hoſtes ſuos viriliter & nobiliter dimicaſſet multis vulneribus circumfuſus, tandem capitur, & cum paucis militibus, quo neſcitur, abducitur. ante cujus captionem, in navi ipſius *Petri*, omnes valentes Armigeri de comitatu *Devoniæ*, & *Somerſetenſes* occiſi fuerunt & ſubmerſi. quod nobis in magnum damnum tendebat. **Angli iterum mare intrant.**

---

1 Ita MS. *quid ſi legamus?* ingeſſerunt; Sed ἐπέχω.

Eodem

Digitized by Google

Eodem anno conſequente poſt nativitatem Sancti *Joannis* intravit mare, ſimiliter ſine equis, dominus dux *Lancaſtriæ*, comes de *Bokyngham* frater ejus, comites de *Warwick* & *Staffordiæ*, & alii multi magnates & domini, cum innumeroſa multitudine armatorum. Et applicantes in *Britanniam*, villam de *Saynt Malows* bene per menſem continuo obſiderunt, & tandem eorum obſidio per inertiam & negligentiam erat deluſa; & ſic in *Angliam* redierunt, modicumque ſuis adverſariis nocuerunt.

Machovium fruſtra obſeſſa.

Eodem anno, in craſtino Sancti *Laurentii*, filii *Belial*, filii ſcelerati de familia regis, neſcientes Dominum, nec ei dantes honorem, ſibi plures iniquitatis filios adunantes in eccleſiam Abbatiæ *Weſtmonaſterii* inter magnæ miſſæ ſolemnia armati intrarunt; & in quoſdam valentes armigeros, videlicet [1] *Schakel* cognomine, & *Robertum* [2] *Hawleye*, qui ut credebatur injuſte perſecuti, de Turri *Londonienſi* ob refugium illuc confugerant, impetum facientes, dictum *Robertum*, eis aliqualiter ut potuit reſiſtentem, unanimiter inſequuntur, ac ipſum in choro, coram ſtallo Prioris, turpiter & nequiter occiderunt. nec non quendam Clericum, miniſtrum ejuſdem eccleſiæ, eis ſuggerentem ut ob Dei reverentiam pepercíſſent, trucidaverunt. Sicque immunitatem & privilegia eccleſiæ antedictæ, per plures *Romanorum* Pontifices & reges *Angliæ* confirmata, quæ per multorum annorum curricula uſque ad id temporis inviolata manſerant & illæſa, iſti malefactores frangentes, dictum *Schakel* ab eccleſia extraxerunt, & ſecum ad præfatam Turrim *Londonienſem* reducentes in carcere retruſerunt. Hujus enim Comitivæ nefandæ quidam milites ſcilicet dominus *Radulphus de Ferrariis*, ſenex dierum malorum inveteratus, ac dominus *Alanus* [3] *Boxhulle* turris prædictæ capitaneus, extiterunt ductores & duces; ut de eis dicatur illud Evangelii, *milites quidem hæc fecerunt*.

Libertates eccleſiæ Weſt. violatæ.

---

1 *Joannem Schakel*, W. 2 *Haule*, Id. 3 *Buxille*, W. in *Hyp. N.*

Hoc

Hoc eodem anno, XII Kal. Novembris, rex RICARDUS apud *Glocestriam* ſuum Parliamentum incepit tenere; nam certi domini de *Anglia* timentes *Londonienſes* propter memoratum factum nefandum in eccleſia *Weſtmonaſterii* commiſſum, diſſuaſerunt domino regi ſuum Parliamentum ea vice apud *Weſtmonaſterium* celebrare; ut ſuum iniquum propoſitum, contra libertates eccleſiæ *Anglicanæ* deſtruendas conceptum liberius ducerent ad effectum. In hoc enim Parliamento aliqui Principes & domini, qui forte illius facti erant conſcii, convenerunt in unum aſſociantes declinare, videlicet Doctores & [r] Magiſtri prurientes auribus, ex quibus *Wycliffe* ſuperius nominatus, cum aliis hujuſmodi, extitit principalis; qui eis in iſta materia malignum conſilium præbuerunt, ſicque ad invicem conſpirantes in quantum poterant laborarunt omnes immunitates & privilegia eccleſiæ *Weſtmonaſterienſis*, & aliarum eccleſiarum, ſimiliter extirpare & penitus enervare. in tantum vero tunc contra eccleſiam ſævierunt, quod nullus erat auſus publice Abbati *Weſtmonaſterienſi* conſilio vel auxilio in iſta cauſa aſſiſtere, ſeu aliquem ſermonem pro eo proferre. Sed Deus, qui eccleſiam ſuam ſupra firmam petram fundavit, non permiſit malignorum conſilium contra eam finaliter prævalere; immo fideles populos adverſus inimicos ipſius fecit exſurgere, qui cum eccleſia eis fortiter reſtiterunt. Et ita Deus tandem cor regis in clementiam convertebat, quod eccleſiam prædictam libertatibus, immunitatibus, & privilegiis gaudere permiſit, & ea de novo etiam confirmavit.

Parliamentum Glovernia.

Eccleſia Weſt. privilegiis ſuis reſtituta.

Hoc anno, menſe Januarii, obiit Frater *Joannes Brinkeleye*, Abbas Monaſterii de *Burgo Sancti Edmundi*; poſt cujus mortem cito non expectato electo, ut cavit jus commune, dominus Papa contulit Abbatiam Monaſterii ipſius fratri *Edmundo Brounfeld*, monacho ejuſdem Monaſterii, ſacræ Paginæ profeſſori, procuratoris ordinis Nigrorum monachorum regni *Angliæ* in

Joannes Brinkeley obit.

r Magiſtros *MS.* Deſpiciat Lector. mihi certe, poſt τὸ *declinare*, aliquid deeſſe videtur.

Curia *Romana* gerenti officium. quæ quidem proviſio, ſeu collatio, poſtea præfato monaſterio verſa eſt in maximum detrimentum.

Inundationes aquarum maximæ.

Maximæ inundationes aquarum, venti etiam & tonitrui tempeſtates, in principio Parliamenti, tenti apud *Glovestriam* extiterunt; ita quod nulli, niſi per navem, vel equos, illuc patebat acceſſus: & vix tranſiit dies, quouſque Parliamentum eſſet finitum, quin in eo pluebat.

[1] Capitulum 2.

Parliamentum Londoni.

ANNO DOMINI M.CCC.LXXIX, inter Paſchen & Pentecoſten, rex aliud Parliamentum *Londoniis* tenuit; in quo unum ſubſidium fuerat conceſſum. Eodem anno, circa feſtum nativitatis Sancti *Joannis*, *Clemens*, Papa ſchiſmaticus, latenter de *Italia* fugiens, ad *Avinionam* pervenit. ubi cum ſuis Cardinalibus ſchiſmaticis Curiam ſuam tenet.

Clemens Antipapa.

Iſto anno, circa idem tempus, omnes Barones *Britanniæ*, præter quatuor, cum tota ferè communitate ipſius, nolentes falſitatem & tyrannidem regis *Franciæ* & ſuorum ulterius ſuſtinere, quaſi ſubito & inſperate ad ſuum rectum dominum *Joannem de Monte-Forti* ſe converterunt. Super qua materia miſerunt ſtatim multos valentes Ambaſſiatores, tam milites quam alios cum literis ad regem *Angliæ*, & dictum dominum *Joannem de Monte-Forti* Ducem *Britanniæ*, ad notificandum eis voluntatem eorum; ſuper quorum legatione habitis diligenti tractatu ac deliberatione & exactione maturis, tandem, facta ſufficiente ſecuritate ex parte Baronum *Britanniæ* conſenſum eſt, ut prædictus Dux cum certa potentia ad terram *Britanniæ* ſe transferret; quod & cito poſt fecit.

Britannia ad J. de Monte-Forti revertit.

Edmundus Brounfeld.

Circa hoc tempus dictus Frater *Edmundus* [2] *Brounfeld* in *Anglia* ſecreto applicuit, & infra modicum tempus XIII. Monachos de dicto Monaſterio Sancti *Edmundi* ad ſuum conſenſum attraxit. Quorum fretus con-

1 Ita *MS.* 2 *Brunfelde*, *W.*

filio

Digitized by Google

ſilio & auxilio [1] eccleſiam Sancti *Edmundi* & nactus poſſeſſionem, ibidem fuerat inſtallatus. Quod videntes Prior & alii fratres dicti Monaſterii ferventer erga dominum regem & ipſius concilium proſequuntur, & ſtatim miſſum eſt, & auctoritate regis dictus *Edmundus* capitur, & coram regis concilio accerſitur; ac ſibi, quod dictam Abbatiam impetraſſet, contra regis ſtatuta edita contra hujuſmodi impetrantes, opponitur. propter quod infra Turrim *Londonienſem* recluditur; & poſt certum tempus ad caſtrum de *Notingham* transfertur, ibidem ſub cuſtodia remanſurus. Monachi vero, qui in iſtis ſibi conſenſerant, præter duo vel tres qui evaſerunt, juſſu Concilii domini regis ad diverſa Monaſteria *Angliæ* ſunt diſperſi. & ita pro hujuſmodi impetratione, & collatione magna perditio atque damnum Monaſterio præfato evenit, quod non modicum eſt dolendum. Ideoque iſta reſiſtentia in hac parte eſt facta, ne proviſiones Monaſteriorum ad collationem Curiæ *Romanæ*, ſicut Epiſcopatuum, in poſterum volverentur. nec Papa, ad preces regis, voluit confirmare electum Monaſterii ſupradicti.

Circa annum præcedentem orta eſt magna diſſentio inter regem *Franciæ* & *Navarræ*; unde rex *Navarriæ* tradidit ad tempus regi *Angliæ* villam ſuam de [2] *Chirburgh* cum caſtello in *Normannia* ſupra mare. ad quorum cuſtodiam & defenſionem rex *Angliæ* miſit certam potentiam hominum armatorum, ad deprimendum *Francorum* & *Normannorum* malitiam. Unde hoc anno, circa menſem Octobris, fere tota fortitudo bellicoſorum totius *Normanniæ* congregati voluerunt improviſo noſtros apud *Chyrburgh* intercepiſſe; ſed noſtri, de eorum inſidiis præmoniti, ſeipſos contra eos viriliter defendebant, unde inter eos diu gratia mediante noſtri tunc fuerunt victores: licet multi eorum fuerant graviter vulnerati. & fere omnes majores ac famoſiores totius *Normanniæ* in illo conflictu fuerunt occiſi. Et dominus

Diſſentio inter reges *Fran.* & *Navar.*

1 Forte Legend. *Eccleſiam* S. Edmundi intrat, *& nactus poſſeſſionem.*
2 *Scherburgh & Cherburgh, W.*

Digitized by Google

Oliverus Cleykyn, tunc captus erat ibidem, & captivus adductus in *Angliam*.

Comes *S. Pauli.*

Hoc anno Comes Sancti *Pauli de Picardia*, qui anno DOMINI M.CCC.LXXIV juxta *Caleſiam* ab *Anglicis* captus erat, & uſque ad hoc tempus in [1] *Angliam* permanſit captivus, duxit in uxorem pro redemptione ſua ſororem regis *Angliæ* ex parte matris, filiam quondam domini *Thomæ Holand.* & ſic in terram ſuam liber abire permittitur. Hoc etiam anno obiit *Henricus* rex Hiſpanorum intruſor, & filius ejus coronatur pro eo in regem.

Jo. de Arundel.

Eodem anno in principio menſis Decembris dominus [2] *Joannes de Arundel*, frater comitis de *Arundelle* cum electa multitudine armatorum, habentes ſecum equos, ad ducem *Britanniæ* deſtinati, apud portum de *Plimmouth* mare intrarunt; unde ſubito & inſperate, in craſtino Sancti *Nicolai*, cum tunc eſſet nimia in terra ſerenitas, oritur eis tempeſtas ſæviſſima, à turbine procellarum pluviæ & venti procedens; ſic quod quaſi arte diabolica naves ab invicem pro perpetuo diſperguntur. & vi tempeſtatis illius aliquæ naves ad terram in *Hibernia*, aliquæ in *Wallia*, aliquæ in *Cornubia*, & aliæ in diverſis aliis locis differuntur; & ibidem rumpuntur. ſic quod omnes, præter paucas, illo turbine perierunt; & mille, & ultra, perſonæ hominum in mari ſimiliter fuerunt ſubmerſi. Inter quos dictus dominus *Joannes Arundelle*, dux & Princeps illius exercitus, illo naufragio mortem ſuſtinuit; ac multi alii ſtrenui milites & armigeri, in diverſis maris partibus, demerguntur. fere etiam omnibus eorum equis & rebus perditis & ſubmerſis. Pro quo quidem infortunio, in octavis Sancti *Hillarii*, Parliamentum *Londoniis* convocatur. In quo Parliamento, inter alia, conceſſa fuit domino regi una Decima ab omnibus viris Eccleſiaſticis, tam presbyteris ſtipendiariis quam beneficiatis, ſolvenda: & una quintadecima de populo ſeculari.

Parliamentum *London.*

---

1 *Anglia.* 2 L. *Joannes Arundel*, fratris Comitis de *Arundelle*, *& alii.*

ANNO

Digitized by Google

ANNO DOMINI M.CCC.LXXX, circa principium, *Symon* Archiepiſcopus *Cantuarienſis* officium Cancellarii *Angliæ* ſuper ſe aſſumpſit; de quo officio dominus *Ricardus Scrop*, per invidiam aliquorum, erat amotus. Dominus *Robertus Halys*, Prior Hoſpitalis Sancti *Joannis* in *Anglia* Theſaurarius etiam tunc efficitur. Quæ quidem officia vitæ utriuſque, pro dolor! finem accelerabant.

Circa principium menſis Maii comes *Marchiæ* cum certa potentia pugnatorum in *Hiberniam* transfretavit, ad domandum feritatem *Hibernicorum*, qui pro majore parte omnes terras Comitatus ſui *Holveſtor* per longa tempora occuparunt. qui, Deo cooperante, felicem expeditionem nactus, infra ſpatium medietatis unius anni X vel XI reges ſibi ſubjecit & interfecit, & terras quas injuſte occuparunt, recuperavit. habuit enim ante receſſum ſuum de *Anglia* à rege & Parliamento licentiam, per ſpatium trium annorum, ibidem morandi; & contra regis inimicos & ſuos guerram fovendi. Comes Marchiæ Hibernos domat.

Septima die menſis Junii, commiſſum eſt duellum, inter dominum *Joannem* [1] *Hanneſleye* Militem & *Robertum Katerinton* Armigerum, in paviamento juxta aulam domini regis apud *Weſtmonaſterium*, in præſentia ipſius regis ac ducis *Lancaſtriæ* aliorumque plurimorum dominorum regni, nec non populi multitudinis numeroſæ; in quo duello dictus [2] *Robertus* fuit occiſus. Materia vero hujus duelli hæc erat, videlicet, quod præfatus *Joannes* miles impoſuit dicto *Roberto*, quia dum eſſet ſubcapitaneus caſtri *Sancti Salvatoris* in Inſula de *Conſtantyn*, idem caſtrum in manus regis *Franciæ* falſe & proditorie reddidit, ubi ad defenſionem illius ſatis eſſet ſufficiens, ut Miles aſſeruit, unde magna fuit evidentia quod militis cauſa erat vera, ex quo mors alterius ſequebatur. Duellum.

Menſe Julii comes de *Bockingham*, habens ſecum in comitiva ſua ſtrenuos & ſapientes milites, dominos *Ro-* Suppetiæ in Britanniam miſſæ.

---

1 Vel, *Anneſley*. 2 *Thomas*, W.

bertum

bertum Knolles & *Hugonem Calverleye* & alios diverſos Magnates & Dominos, ſtipatos multis ſtrenuis viris & bellicoſis, equos ducentes, in auxilium ducis *Britanniæ*, per *Caleſiam* transfretavit in *Franciam*, qui, per longitudinem fere & latitudinem regni illius equitantes, multas ſtrages cremando & occidendo fecerunt; ſic quod, domino duce, circa principium menſis Octobris, in *Britanniam* pervenerunt. ſed non ſicut crediderant à duce *Britanniæ* erant recepti; nam ſecundum conſilium ipſius ducis circa villam de *Nauntes*, quæ ſibi erat rebellis, poſuerunt obſidionem per terram, dictuſque dux eis promiſit auxilium ad obſidendum dictam villam per aquam; ſed id auxilium adhuc non venit. In qua obſidione noſtri omnes equos ſuos, propter frigus & defectum victualium, præter pauciſſimos, perdiderunt; & ultra mille homines, quorum aliqui diverſimode fuerunt occiſi, aliqui variis infirmitatibus moriebantur, ſimiliter amiſerunt; ſic quod maximas miſerias fere per totam hiemem in dicta obſidione ſuſtinuerunt: ita quod illi qui remanſerant vivi turmatim, quaſi pauperes & mendici, extinctis majoribus dominis ad *Angliam* receſſerunt, nihil mali per eos adverſariis ſuis illato.

Galli Thameſin intrant.

Galeæ de *Francia*, menſe Auguſti, intrantes *Thameſiam*, uſque ad villam *Graveſſende* venerunt, ubi [1] aliquas domos combuſſerunt, ac in partibus oppoſitis dictæ villæ tam in *Eſſexia* quam in [2] *Cantia* in diverſis locis cremantes & deprædantes, habentes ſecum priſonarios & multas prædas, receſſerunt indemnes.

Scoti Mercatus Boreales ſpoliant.

Circa idem tempus, circiter XIV vel XV. mille pugnatorum, de *Scotia* ad mare applicantes in terram, in partibus borealibus *Angliæ* diverſos mercatus & nundinas ſpoliantes, plurimos occiderunt, & capientes ſecum ſpolia multa ad naves ſuas ſine damno ſunt reverſi in mare. Propter quod factum dux *Lancaſtriæ*, comites de *Warwick* & *Stafford*, cum aliis dominis, circa feſtum *Michaelis* mittuntur cum magno apparatu ad partes *Scotiæ*, ad tractandum cum eis de pace. In tractatu

1 Aliquos, *MS.* 2 *Cancia. MS. & ſic ſemper.*

captæ

Digitized by Google

captæ ſunt treugæ inter utrumque regnum, uſque ad feſtum Paſchæ tunc proximo ſequuturum. Quolibet anno, quaſi X annorum proximo elapſorum, habebatur inter eos & regem *Angliæ* propter hujuſmodi irruptiones unus tractatus vel duo; & tamen, non obſtantibus treugis captis in hujuſmodi tractatibus, fere quolibet anno magna damna noſtris Borealibus intulerunt.

In principio menſis Novembris, ſtatim poſt feſtum Omnium Sanctorum, rex Parliamentum ſuum tenuit apud *Northamptoniam*. In quo Parliamento conceſſum fuit regi unum ſubſidium conſimile fere, quale fuit ſibi conceſſum anno M. CCC. LXXIX, videlicet, de qualibet perſona regni *Angliæ*, majoris ætatis XVI annorum, XII denarios, exceptis notorie mendicantibus; & de qualibet perſona eccleſiaſtica promota, VI ſolidos VIII denarios, & de quolibet ſacerdote ſtipendiario IIIs. IV*d*. Parliamentum *Northamptoniæ*.

Circa iſta tempora orta eſt magna diſſentio inter comitem *Flandriæ* & communes ejuſdem; ita quod *Gandavenſes* & reliqui Communes inſurrexerunt contra comitem, ſtante villa de *Bruges* cum aliis dominis terræ cum eo: multaque prœlia inter eos frequenter committebantur, & aliquando comes victoriam habuit, aliquando Communes victoriam reportarunt. ſic quod maxima multitudo populi ex utraque parte erat occiſa. & [1] comes multa pulchra caſtra & ædificia, quæ erant tam comitis quam aliorum dominorum illius terræ, tenentium cum eo, proſtraverunt uſque ad terram. Comes *Flandriæ*.

Ante natale DOMINI venit *Romam* ad Papam *Urbanum* Imperator *Conſtantinopolitanus* Paganus ad percipiendum fidem Chriſti, & à dicto Papa fuerat baptizatus, quartamque lectionem in matutinis coram Papa nocte Natalis DOMINI legit in Græco. Imperator *Conſtantinopolitanus*.

Circa iſtud tempus Ambaſſiatores mittuntur ad villam de *Bruges* in *Flandriam* & in *Alemanniam*, ad tractandum cum Imperatore *Alemanniæ* pro matrimonio celebrando inter regem *Angliæ* & ſororem Imperatoris prædicti. Circa principium menſis Martii redeunt in *Angliam*

1 Illud *Comes* delendum exiſtimo.

Digitized by Google

gliam dicti Ambaſſiatores, ducentes ſecum quendam Cardinalem ac ducem quendam, cum aliis dominis, pro parte Imperatoris *Alemanniæ*, ad tractandum cum conſilio regis *Angliæ* pro matrimonio ſupradicto. Dictuſque Cardinalis, ut dicebatur, excedens limites poteſtatis ſibi commiſſæ per Papam, poteſtatem quam non habuit uſurpavit, unde maxima ſumma pecuniæ congregata receſſit.

Hoc anno inundationes aquarum nimiæ extiterunt, ita ut à die Sancti *Lucæ* Evangeliſtæ, uſque ad Natale DOMINI, vix dies tranſiit quin pluebat: ſic quod, hoc anno, modicum de frumento fuerat ſeminatum. Circa iſta tempora Papa *Urbanus* XXIV Concluſiones erroneas, quas *Wyclif* & ejus diſcipuli tenuerunt, damnavit. Eodem anno, menſe Auguſti; concepto dolore de adventu exercitus *Anglicorum* in *Franciam*, ut dicebatur, *Carolus* rex ejuſdem ſtatim moriebatur, & [*Carolus*] filius ejus, puer circiter XII annorum agens ætatem, in regem ejuſdem regni erigitur, & etiam coronatur. Circa idem tempus obiit vir prudens armatorum *Bertrandus Cleykyn*, Conſtabularius *Franciæ*. Menſe Martii ejuſdem anni dominus *Thomas Hatfeld*, epiſcopus *Dunelmenſis*, moritur ſenex multorum Dierum.

Wicclivii errores damnantur.

FINIS.

Digitized by Google

JOANNIS BOSTONI,

Monachi Burienſis,

SPECULUM

Cœnobitarum.

Nunc primo editum ab

ANTONIO HALLIO.

OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO,

A. D. M.DCC.XXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

BROWNO WILLISIO,

De *Whaddon-Hall*

In Agro *Buckinghamienſi*,

ARMIGERO,

Viro Rerum Cœnobiticarum

ut &

Omnis Antiquitatis Britannicæ

peritiſſimo, hoc *Speculum*,

Obſervantiæ ergo,

D. D. D. C. Q.

ANT. HALLIUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNIS BOSTONI

Speculum.

COENOBITARUM.

Vates cunctorum ſunt antiqui Monachorum
Auctores dicti, vatum natique relicti.
Et ſunt auctores Monachorum poſteriores
Chriſtus Sanctorum, cœtus quoque diſcipulorum.

* [1] Religionis Monaſticæ, utique minus ipſam ceteris religionibus matrem & auctricem, nequaquam aliarum religionum normas æſtimant tempore præceſſiſſe. ſed beatum Benedictum primum patrem conſtituunt Monachorum. ad quod ponendum tales movere creditur, quia & idem beatus Benedictus Monachorum regulam ſalutarem compoſuit, quam etiam modernis temporibus Monachi profitentes ſequuntur, & ſecundum probationem ſinguli converſantur. Et ſic, nec Monachos in communi regulariter viventes ipſum beatum Benedictum arguunt præceſſiſſe; & per conſequens in antiquis Patribus Canonicatus potius quam Monachatus exordium præfuiſſe. Nam per centum fere annos, ante tempora beati Benedicti, Ordo Canonicorum per beatum Auguſtinum fuit inſtitutus, ut habetur in vita ſua.

Sed quod beatus Benedictus non fuit primus, qui iſtam vitam communem inſtituit, patet in ſecundo libro Dialogorum beati Gregorii; ubi legitur, quod Monachi cujuſdam Monaſterii, poſt mortem ſui Abbatis, beatum Benedictum ab [2] eremo vocaverunt, & in Abba-

1 Deeſt unus aut alter verſiculus. 2 Heremo, *MS.*

tem

Digitized by Google

tem ſuum præfecerunt. Similiter ſcribitur in quodam ſermone beati Odonis, Abbatis Cluniacenſis, quod plures ſancti Patres, hujus ſanctæ inſtitutionis decretores, ante hunc beatum Benedictum, regulæ Monaſticæ [1] munia ſanxerunt.

Ex quo igitur probatur eum non fuiſſe vitæ Monaſticæ primum inſtitutorem, videndum eſt à quibus, & à quo tempore, hæc inſtitutio & cœleſtis Diſciplina primum habuit originem. Secundum etenim Magiſtrum in Hiſtoriis, & Radulphum ſuper librum regum, hujus plantationis fructiferæ converſationis primus inſtitutor fuit Samuel in Veteri Teſtamento. Et, ut ait [2] Chryſoſtomus in quadam [3] Homilia, & [4] Ieronymus in Epiſtola ad Ruſticum, præcipui inventores & cultores Monachatus fuerunt filii Prophetarum in Veteri Teſtamento, qui ædificabant caſulas prope fluenta Jordanis; &, [5] turbis & urbibus derelictis, polenta & herbis agreſtibus victitabant. Et idem Ieronymus in Epiſtola ad Paulinum, nos habemus, inquit, propoſiti noſtri Principes, Apoſtolos, Antonium, [6] Hilarionem & [7] Macarios; &, ut ad ſcripturarum auctoritatem redeam, noſter princeps Helias, noſter [8] Heliſæus, noſtri duces filii Prophetarum, qui habitabant in agris & ſolitudine, & faciebant ſibi tabernacula prope fluenta Jordanis. De iis fuerunt filii Rhecab, qui vinum & [9] ſiceram non habebant, qui morabantur in tentoriis & tabernaculis, qui etiam per Jeremiam Dei voce laudantur, & promittitur eis, quod non deficiet de ſtirpe eorum vir ſtans coram domino, Jerem. 35. Hi namque ab exercitu [10] Chaldæorum, vaſtante Judæam, poſt ſolitudinis libertatem, Urbes introire compulſi ſunt. Et Caſſianus libro primo de inſtitutis Monachorum, hoc, inquit, habitu Monaſtico illos ambulaſſe, qui in Veteri Teſtamento fundavere primordia, Heliam ſcilicet & Heliſæum Divinarum Scriptura-

1 Nimia, *MS.* 2 *Criſoſtomus*, *MS.* 3 Omelia, *MS.* 4 *Ieronymus*, MS. 5 Trabis *MS.* vel legi poteſt *turmis*. ſic enim loquuntur ſcriptores hujuſmodi. 6 *Hylarionem*, MS. 7 *Macharios*, *MS.* 8 *Heliſeus*, *MS.* 9 Sciçeram, *MS.* 10 *Caldeorum*, *MS.*

rum auctoritate monſtratur: ac deinde principes auctoreſque Teſtamenti Novi, Joannem Baptiſtam videlicet, ceteroſque ejuſdem Ordinis viros totaliter inceſſiſſe cognoſcimus. Et idem Caſſianus in Collationibus Patrum, Collatione Piamonis, capitulo quarto quinto & ſexto. In Helia quoque Propheta Monochatus exordium habuit in Veteri Teſtamento, quando ſuper filios Prophetarum, qui de mundo ad ejus Magiſterium confugerant, juxta Jordanem, Domino jubente, ſecedens, in torrente Carith gubernationem & principatum tenuit, & ſuper eos Abbas & Pater extitit. Narrat inſuper Joſephus libro Judaicæ captivitatis ſecundo, & Hiſtoriis Antiquitatum decimo octavo, qualiter [1] Eſſæi de genere Judæorum, ante incarnationem DOMINI, vitam duxerunt quaſi monaſticam. Vide ibi proceſſum, & in Hiſtoria Scholaſtica ſuper Evangelium, & in Speculo Hiſtoriali, & bene facit ad propoſitum. ſed melius & plenius in Joſepho. De quorum ſecta, tunc temporis perfectiſſima, erat ille Sanctus Carioth Abbas, qui ſicut dicit Magiſter in Hiſtoriis, in quadam indicentia, unus erat eorum qui cum Chriſto ſurrexerunt. quo mortuo, quidam Monachi ejus, inconſolabiliter dolentes mortui ſunt, & adhuc compaginati videntur.

Verum quia de Origine Monachatus, & quemadmodum ejus [2] typus in Patribus Veteris Teſtamenti præceſſerit, oſtenſum eſt; qualiter in Patribus Novi Teſtamenti, quod in antiquis præfiguratum eſt, compleatur reſtat ut pariter videatur; Lex enim, & Prophetæ uſque ad Joannem Baptiſtam permanſerunt. Joannes autem, utriuſque Teſtamenti quaſi Mediator, prioris quidem ceremoniis finem impoſuit, Novique Teſtamenti & Baptiſmalis Gratiæ præco fideliſſimus extitit. qui nec dum natus, ſed adhuc matris utero clauſus, in Adventum DOMINI ſui jam concepti geſtiens, ſicut Præco certiſſimus extitit Humanæ Redemptionis. Sic puer adhuc in teneris annis conſtitutus, turmas hominum fugiens, de-

1 *Eſoy. MS.* 2 Tipus, *MS.*

ſertum

Digitized by Google

ſertum petendo, primus Inſtitutor eſt, in Novo Teſtamento, & Auctor Monaſticæ Religionis, prout teſtatur Caſſianus libro primo & ſecundo de Inſtitutis Monachorum. Iſtud etiam vitæ propoſitum, ſacram videlicet religionem Monachorum, Chriſtus auctor veraciter inſtituit & [1]authenticavit, quando primum antiquis Patribus Veteris Teſtamenti, revelante Spiritu Sancto, obſervandum & inſtituendum innotuit. Deinde tempore Gratiæ Jeſus, cum Diſcipulis in terra converſando, ad renuntiationem rerum ſecularium eos eorumque ſequaces provocans, ut relictis omnibus eum ſequerentur, ait, Matthæi tertio: Venite poſt me, faciam fieri piſcatores hominum, & cetera. & Matthæi decimo nono: ſivis perfectus eſſe, & cetera. Item ſi quis vult poſt me venire, & cetera. Vide [2] Gloſſam iſtorum [3] in libro Proſperi ſecundo & [4] complativa & in Gloſſa * Numeri Capitulo decimo octavo. & in Epiſtola * ad Furnenſes, & in Proverbiis * & in Epiſtola ad [5] Timotheum capitulo Sexto, & in Gloſſa in quadam Homilia Bedæ ſuper Matthæum, & in quodam ſermone beati Leonis Papæ ſuper illud, Beati pauperes ſpiritu, & in Epiſtola ad Romanos, capitulo decimo quinto, & in Gloſſa & in Actibus Apoſtolorum capitulo quarto. Et in libro Caſſiani decimo de Inſtitutis Monachorum. Iſtud quoque propoſitum vitæ in Evangelio primum ſecutus ille Petrus ad DOMINUM fiducialiter pro ſe ſuis Diſcipulis & Coenobitis ait, Matthæi decimo nono: Ecce nos relinquimus omnia, & cetera. quid ergo erit nobis. Et DOMINUS ad hujuſmodi homines: Vos, inquit, qui ſecuti eſtis me, centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis. Audita igitur Divina promiſſione, non ſolum Coenobitæ ſequaces Patrum de Veteri Teſtamento, & Joannis Baptiſtæ in Novo Teſtamento, verum etiam fideles quique per Chriſtum converſi, omnia relinquentes

1 Auctenticavit, *MS. non male*; ſemper enim Codex hic legit *auctor*, *auctrix*, *auctoritas*. Et recte omnino. 2 Gloſam *MS*. 3 Hic & paulo infra pauciſſima deſiderantur, quæ facile conjectando ſuppleri poſſent. Sed ad reliqua propero. 4 *F*. Contemplativa. 5 *Thimotheum*, *MS*.

quæ

quæ poſſidebant, DOMINUM tota mentis intentione ſequebantur. Poſt Aſcentionem vero ejuſdem, ſicut habetur in Actibus Apoſtolorum, fideles, quotquot per Prædicationem Apoſtolorum fidem DOMINI ſuſcipiebant; venditis ſuis omnibus, pretium eorum ad pedes Apoſtolorum ponebant. Et ſic rebus ſeculi funditus expediti in ſocialem vitam cum Apoſtolis & Cœnobitis tranſibant, & omnem curam Apoſtolicæ diligentiæ & ſollicitudini committebant. dividebatur enim omnibus illis ab Apoſtolis, prout cuique opus erat. De quibus Apoſtolus Paulus, ad Romanos decimo quinto, ait: Nunc proficiſcar [1] Jeroſolymam miniſtrare ſanctis; Gloſſa, qui rerum ſuarum pretia ad pedes Apoſtolorum poſuerunt, & cetera.

Talem vitam & regulam duxerunt Apoſtoli & Cœnobitæ in primordio primitivæ Eccleſiæ, videlicet in communi & ſine proprio vivebant. & nullus eorum ſuum aliquid eſſe dicebat; ſed erant illis omnia communia, nec quiſquam egens erat inter illos, ut ſcribitur Actuum quarto, & 12. q. 1. Dilectiſſimis. Iſta conſuetudo vivendi in primitiva Eccleſia non diu perduravit poſt Aſcentionem DOMINI. Nam Apoſtolis per [2] martyrium de medio ſublatis, multi retrocedentes cœperunt rurſus ſeculi res ambire, eaſque non in communi, ſicut prius cum Apoſtolis & Cœnobitis, ſed proprio jure poſſidere. & ita cœpit fervor communiter vivendi nimium tepeſcere. Quamplures tamen Sancti Patres & probatiſſimi Monachi, quibus adhuc inerat fervor Apoſtolicus, ſancti Spiritus aſpirante gratia, nolentes [3] Apoſtatare, ad ſeculi curas non redibant. Sed congregati in unum, ſicut prius, communiter vivere ſatagentes, ſub unius eorum, qui ad hoc electus fuerat, Magiſterio, ut eos Apoſtolorum vice regeret, priſtinam religionem reſtaurare cupiebant. & non ſolum illa magnifica retinebant, quæ primitus Eccleſia vel turbæ credentium in Actibus Apoſtolorum leguntur celebraſſe; verum etiam [4] multo his ſublimiora

1 *Jeroſolimam*, *MS.* 2 Martirium, *MS.* 3 Apoſtotare, *MS.* 4 Vid. Pagg. 163, 169.

Digitized by Google

cumelaverant. Euſebius enim narrat in Hiſtoria Eccleſiaſtica, libro ſecundo, beatum [1] Marcum Evangeliſtam primum ad Ægyptum perrexiſſe, & ibi Evangelium prædicaſſe, & eccleſiam apud Alexandriam conſtituiſſe: cujus ſobrietatis exemplo, primo ingreſſu ejus maxima multitudo virorum & mulierum credidit, & ab eo Normam vivendi ſuſcepit; quorum exemplis per univerſum mundum adolevit Sancta inſtitutio Monachorum. Philo etiam Judæus, vir diſcretiſſimus, tempore Neronis, converſationes eorum, qui per beatum Marcum crediderant, & abſtinentiam, & [2] vitam eorum, qui vitæ Monaſticæ inſerviebant, librorum memoriæ commendabat. in quibus evidentiſſime abſtinentium vitas, qui in monaſteriis degunt, deſcribit ad liquidum; & ſpecialiter in libello de Vita Theoretica, quem Supplicium attitulavit. Dicit enim quod renuntiaverunt omnibus facultatibus ſuis, qui ſe ad hujuſmodi vitam dederunt; & omnes vitæ ſollicitudines procul abjiciebant, & ſecedentes in ſecretiora ſuburbium loca, vel in agros, ſummæ abſtinentiæ vitam agebant. In Ægypto namque per ſingula quæque territoria in [3] hortulis, vel in exiguis quibuſque agellulis, habitabant copioſius. Fuit autem in ſingulis locis Domus orationi conſecrata, in qua ſacerdotes caſtæ vitæ Myſteria conſecrabant. Illi Patres antiqui, qui in eruditionibus ſapientiæ, & in profundiore intelligentia ſacrorum voluminum converſabantur tanquam copioſis dabibus ſcripturis inhiantes expleri nequibant. ita ut, nec quarto nec quinto, ſed ſexto demum die neceſſarium corpori ſumebant cibum: vinum quidem nec in guſtu; ſed nec quamlibet carnem, vel ſanguinem, & cetera. Hæc Euſebius in Eccleſiaſtica Hiſtoria libro ſecundo. Hæc & multa alia ſcribit Euſebius in Hiſtoria Eccleſiaſtica. & Caſſianus in libro de Hiſtoriis Monachorum, & Zoſomenus in Tripartita. De his etiam ſcribit beatus Jeronymus in Epiſtola ad Euſtochium ſic dicens: Cœnobitarum in Ægypto commorantium, & cetera. Vide in libro Epiſtolarum Jeronymi.

1 *Marchum*, *MS.* 2 Vita *MS.* 3 Ortulis, *MS.*

Item

Digitized by Google

Item Caſſianus, in libro de Inſtitutis Monachorum, conditiones & obſervantias antiquorum Patrum deſcribit. quædam Ægyptiorum, quædam [1] Tabenenſionatarum Regulis admiſcens: quorum Thebaide fuit Cœnobium, in quo pluſquam quinque millia Fratrum ab uno regebantur Abbate, & cetera. Vide ibi Obſervantias. De moribus autem & converſatione Monachorum in eccleſia primativa, ſiquis voluerit planius & exploratius edoceri, legat librum Caſſiani de Inſtitutis Monachorum, & Collationes eorum XXIV. & librum Philonis de Vita Theoretica. De uno tractat Euſebius in Hiſtoria Eccleſiaſtica, & Epiphanius in Tripartita; in quibus Monaſticæ Inſtitutionis Principium & origo, Apoſtolicæ quia & Evangelicæ Traditiones plenius continentur. Inter illos namque Patres Monaſticæ religionis, qui illam communem vitam, ab Apoſtolis traditam, retinentes eo tempore rurſus dedicaverunt, præcipui erant: Antonius, Hilarion, Macarii duo, Pachomius, Aurelius, Joannes Pater trium millium Monachorum, Serapion Pater trium millium Monachorum, Dioſcorus, Pater centum Monachorum, Julianus Pater decem millium Monachorum, Amos trium millium Monachorum, Paulus quingentorum Monachorum, Theonas trium millium Monachorum, Baſilius, Fructuoſus, Ferreolus, Eugippius, Iſidorus, Aurelianus, Joannes, Caſſianus, Jeronymus, quampl**u**res alii Sancti Patres, qui, vita & doctrina morum corruptionibus obviantes, non ſolum illa magnifica ab Apoſtolis tradita reſtituerunt verum etiam Regulas acriores aſperioreſque, de quibus omnibus ſupra dictum eſt, pro devotione amplianda & perenni gloria impetranda diverſis locis & temporibus ediderunt. Legitur beatum Jeronymum, poſt tempora Apoſtolorum, Ambroſium & Auguſtinum ætate præceſſiſſe, peragratiſque prius Cœnobitarum & [2] Eremitarum per Deſerta cœnobiis & cellulis, apud Bethleem Monaſterium inſtituiſſe, ibique vitam duxiſſe Monachicam, omnia cum Fratribus communia poſſidendo, primitivam Eccleſiam & Patres

1 *F.* Tabenneſiotarum. 2 Heremitarum, *MS.*

Digitized by Google

antiquos imitatum fuiſſe. Tandem, [1] evangelici præcepti ſtrenuiſſimus auditor & executor, beatus ſucceſſit Benedictus, qui quaſi quoddam [2] Sidus cœleſte præclarus enituit. Hic circa annum Domini quingenteſimum ſextumdecimum in Cœnobio Monaſtico apud Montem Caſſinum in Chriſti militia dimicator erat ſtrenuus, & cetera. Regulam ſcripſit laudabilem & ab univerſa Eccleſia approbatam, ut teſtatur Papa Innocentius ſecundus 16. q. 2. capitulo, Pernicioſam. ubi etiam approbatur Regula beati Baſilii, & Regula beati Auguſtini, & cetera. Ecce quod ſuperius in Patribus Veteris Teſtamenti de Coenobitis præfiguratum fuiſſe dicitur, jam in Joanne Baptiſta, Chriſto, & Apoſtolis inchoatum, & inſtitutum eſſe monſtratur, & ab eorum ſequacibus ferventer & devote fore proſecutum. quorum Inſtitutionem commendando ſic ſcribit Januenſis in Libro Quæſtionum de [3] Antichriſti dicens: Ordo, inquit, Coenobitarum imaginem habet Spiritus Sancti, & cetera.

Ex præmiſſis ergo ſufficienter & plane patet, quod tempore Apoſtolorum cœpit Ordo Monachorum pullulare, [4] aut ut verius dicam, reviviſcere, quem à beato Helia & Heliſæo, & filiis Prophetarum, teſtante Jeronymo, novimus proceſſiſſe. Coenobitæ ergo ante Legem, Abraham; ſub Lege, Moyſen, Samuel, Heliam, Heliſæum; ſub Evengelio, Joannem Baptiſtam, Chriſtum, & Apoſtolos, Antonium, Hilarionem, Baſilium, Jeronymum, & plures alios; &, ultimum legiſlatorem eorum Inſtitutionis, beatum Benedictum, præduces & advocatos in extremo Examine habituri ſunt.

Nomina Sanctorum ſubſcribuntur Monachorum,
Sub normis quorum plures vixere virorum
Sancti monſtrantur, ac ſcriptis intitulantur,
Coelo lætantur: his plures ſanctificentur.

Subſcripta Nomina collecta ſunt ex Opuſculis Jeronymi & Libris Caſſiani de Inſtitutis Patrum & Colla-

1 Ewangelici, *MS.* 2 Sydus, *MS.* 3 Antechriſto, *MS.* 4 Et, *MS.*

tionibus

Digitized by Google

tionibus eorum XXIV, de Hiſtoria Tripartita & Hiſtoria Scholaſtica, & de Hiſtoria Longobardorum & Hiſtoria Bedæ de Geſtis Anglorum, & de Speculo Hiſtoriali, ex Libris Gennadii & Iſidori de Viris Illuſtribus, ex libro Heraclidis, qui dicitur Paradiſus, ex Legenda aurea & Legendis Originalibus, ex libris Dialogorum beati Gregorii & Dialogorum [1] Poſthumiani Severi & Galli, & ex Martyrologio.

Sanctus Longinus, qui lancea latus Chriſti aperuit, Monaſticam vitam duxit in Cæſarea Cappadociæ viginti quatuor annis. deinde pro fide Chriſti martyrizatur Anno Domini 54. Sanctus Frontonius Monachus & Epiſcopus Petrogoricenſis, à beato Petro Apoſtolo ordinatus, cum ſeptuaginta Monachis juxta flumen [2] Dordoniæ Monaſticam vitam duxit, anno Chriſti 44. Sanctus Helenus Monachus & Epiſcopus tempore Aurelii Commodi. Sancta Eugenia, [3] ſimulans ſe virum, cum Sanctis [4] Procho & Jacincto in Monaſterio Sancti Heleni tenditur. Anno autem tertio converſionis eorundem, Sancta Eugenia præficitur ibidem in Abbatem. Deinde cum Sanctis Procho & Jacincto martyrizatur, circa annum Domini 180. Sancta Maria, dictus Marinus Monachus. Sancta [5] Euphroſyna, ſimiliter ſexum ſuum celavit inter Monachos, fingens ſe Smaragdum nominari, vixitque in Coenobio CCCLII Monachos [6] habens. Sanctus Zoſimus, qui ſepelivit Mariam Ægyptiacam. Sanctus Julianus Monachus & Martyr Pater decem millium Monachorum. Sanctus Maurus Monachus & Martyr. Sanctus Antonius, Monachus & Pater multorum Monachorum. Sanctus Paulus, dictus ſimplex, diſcipulus ejuſdem, Sanctus Amos, Pater trium millium Monachorum. Sanctus [7] Macarius Alexandrinus Monachus & Presbyter, Diſcipulus Antonii. Sanctus Evagrius, diſcipulus Macariorum. Sanctus Hilarion, diſcipulus Antonii, & poſtea Pater extitit multorum Monachorum. Sanctus Helias, Pater centum &

---

1 Poſtumani, *MS.* 2 An Jordaniæ? 3 Similans, *MS.* 4 Rectius fortaſſe Proto & Hyacintho. 5 Eufroſina, *MS.* 6 Forte, habente. 7 Macharius, *MS.*

qua-

quadraginta Monachorum. Sanctus Prior. Sanctus Pitirion, diſcipuli Antonii. Sanctus Iſidorus Monachus, Presbyter & Abbas, Pater M. Monachorum. Hic Monaſterium ſuum undique munire curabat; & omnia neceſſaria intrinſecus procurabat, ut nullus Monachus egrediendi haberet occaſionem. Sanctus Moyſes, Monachus & Epiſcopus Saracenorum. Sanctus [1] Orus Monachus & Pater multorum Monachorum apud Thebaidam, qui litteris optime fuit eruditus. Sanctus Serapion, Monachus & Epiſcopus, Pater X. M. Monachorum. Hic peritiſſimus erat ſcientia litterarum, ſcripturaſque omnes tenaciter & memoriter recolebat. Sanctus Theonas Pater fuit IIII. M. Monachorum, ſcientiſſimus Ægyptiacarum, Græcarum, Latinarumque litterarum. legitur enim triginta annis ſilentium tenuiſſe, & poſt triennium factus fuit Abbas Monachorum. Sanctus Dioſcorus, Monachus & Presbyter, Pater centum Monachorum. Sanctus Arſenius, ex ſenatore Monachus, & Abbas. Sanctus Paſuncius Presbyter & Abbas. Sanctus Pachomius Presbyter & Abbas, Pater multorum Monachorum, cui angelus tradidit Regulam. Hic ſcripſit multa. Sanctus Pachomius [2] Sithioticus Monachus. Sanctus Theodorus, diſcipulus Pachomii. ſcripſit multa. Sanctus [3] Oreſieſis Monachus in ſcripturis ad perfectionem [4] intractus. Sanctus [5] Eromus Abbas & Pater ducentorum Monachorum. Sanctus Eulalius. Sanctus Iſaac, Presbyter & Abbas. Sanctus Micius, Monachus & Abbas. ad cujus preces ſol ſtetit in gradu ſuo per duas horas; nec prius occubuit, quam Sanctus Micius, in itinere conſtitutus, perveniret ad Hoſpitium. Sanctus Piamon Presbyter & Abbas. Sanctus Eulogius Monachus & Presbyter Scholaſticus extraordinarius. Sanctus Marcus, qui litteram o reliquit imperfectam propter obedientiam. Sanctus Silvanus Abbas. Sanctus Paulus de Libya, Pater quingentorum Monachorum. Sanctus Joannes, Pater CC. Monachorum, Epiſcopus fuit, & multa futura prædixit,

1 *Or, MS.* 2 *F.* Scythioticus, vel Scythiacus. 3 In Codice Regularum Holſteniano, Oreſieſius. 4 Legendum, inſtructus. 5 Vel Eronius.

&

& multa ſcripſit. Sanctus [1] Eugippius Abbas, ſcripſit Regulam Monachorum & alia. Sanctus Dionyſius Abbas ſcripſit multa. Sanctus Apollonius, Pater circiter quingentorum Monachorum. Origenes Doctor, & diſcipulus Antonii. Didymus Monachus, ab infantia cœcus. ſed tamen litteris optime eruditus, multas Scripturas interpretatus eſt: & edidit librum de Spiritu Sancto, & alia. Sanctus [2] Ephræm. Sancta Margareta, dictus Pelagius Monachus. Ammonius, Origenis Didymique diſcipulus, qui aurem ſiniſtram ſibi amputavit, ut Epiſcopatum, ad quem electus fuerat, reprobus haberetur. Sanctus Baſilius, Doctor Sollemnis. Sanctus Gregorius Monachus, & Epiſcopus [3] Nazianzenus. Sanctus Martinus Monachus & Epiſcopus Turonenſis, Pater LXXX Monachorum; ad cujus obitum convenerunt II M Monachi. Petronius Doctor. Leporius ſcripſit multa. Vigilius ſcripſit Regulam Monachorum. Urſinus Doctor. Fauſtus, Abbas Lirinenſis & Epiſcopus Galliæ, ſcripſit multa. fuit & alius Fauſtus Monachus, ſed Hæreticus, contra quem ſcripſit beatus Auguſtinus. Leander Monachus & Epiſcopus ſcripſit multa. Sanctus Eutychius Abbas, primus Inſtitutor Conſuetudinum, quæ in Monaſteriis hactenus ſervantur. Joannes [4] Gerundenſis Monachus & Epiſcopus ſcripſit Regulam Monachis, & alia multa. Eutropius Monachus & Epiſcopus ſcripſit multa. Sanctus Jeronymus Monachus & Presbyter [5] Cardinalis. Sophronius Monachus multa ſcripſit. Sanctus Joannes Damaſcenus Monachus multa Scripſit. Sanctus Germanus & Epiſcopus Altiſiodorenſis. Sanctus Lupus Monachus & Epiſcopus [6] Tricaſſinus. Sanctus Mamertinus Monachus & Abbas. Sanctus Marianus. Sanctus Euſebius Monachus & Martyr. Sanctus Heraclides ſcripſit librum, qui dicitur Paradiſus. Sanctus Nonus Monachus & Epiſcopus. Sanctus [7] Helpidius Abbas. Sanctus Euſebius, Potentianus, Vincentius & Peregrinus, Monachi & Martyres. Siſinnius, diſcipulus Helpidii.

1 Egippius, *MS.* 2 Effrem, *MS.* 3 Nazanzenus, *MS.* 4 Gerundinenſis, *MS.* 5 Fallitur. 6 Trecaſſinus, *MS.* 7 Elpidius, *MS.*

Sanctus

Sanctus Sabas Abbas CL Monachorum. Sanctus Honoratus Monachus & Epiſcopus Arelatenſis. Sanctus Hilarius Monachus & Epiſcopus Arelatenſis. Sanctus Eucherius Monachus & Epiſcopus Lugdunenſis. Sanctus Simeon,[1] qui ſtetit in columna. Sanctus Fulgentius Monachus & Epiſcopus. Sanctus Venantius, Monachus & Abbas Turonenſis. Sancta Theodora, dicens ſe Theodorum, vixit inter Monachos, pro qua Deus fecit mirabilia. Sanctus Leonardus Abbas Lemovicenſis. Sanctus Severinus, Abbas Agaunenſis. Sanctus Maxentius, Abbas Putanenſis. Sanctus Vigor, Bajocaſinus Epiſcopus. Sanctus Karilephus Abbas. Sanctus Avitus Abbas. Sanctus Maximinus Abbas Miciatenſis. Sanctus Maximus Monachus & Martyr. Sanctus Keyninus Abbas de Hibernia. Sanctus Albinus, Abbas deinde Epiſcopus Andegavenſis. Sanctus Eparchius Monachus Sedaciatenſis. Sanctus Nicetius Abbas & Epiſcopus Treverorum. Sanctus Aredius diſcipulus ejuſdem. Sanctus Hilarius Monachus & Martyr. Sanctus Barlaam & Joſephat. Sanctus Adolius. Sanctus Philoronius, Monachus & Presbyter in regione Galatiæ. Sanctus Allodius Abbas Altiſiodorenſis. Sanctus Timotheus Abbas Antiochiæ. Caſſiodorus ex Senatore Monachus. Sanctus [2] Euthymius Abbas. Sanctus Theoteſtis Abbas. Sanctus Cyprianus Abbas [3] Petrogoricenſis. Sanctus Theodoſius Abbas. Sanctus Droconeus Abbas, diſcipulus Germani. Sanctus Leonigildus Monachus & Martyr. Sanctus Veridicus Monachus & Presbyter, & Abbas Pariſienſis. Sanctus Marcianus Abbas de Bethleem, tempore Sabæ. Sanctus Menelius Abbas [4] Avernenſis. Sanctus Romanus Monachus & Abbas Lugdunenſis. Sanctus Romanus Monachus, qui beato Benedicto in initio adjutor & cooperator extitit; & poſtea per revelationem Gallias petens Coenobium conſtruxit in pago Altiſiodorenſi, in loco qui Fons-Rogi nuncupatur.

Sanctus Benedictus Abbas, ultimus compoſitor Re-

1 I. e. Stylita. 2 Eutimius, *MS.* 3 Petragoricenſis, *MS.* 4 An Auvernenſis, vel Alvernenſis?

gulæ

Digitized by Google

gulæ Monachalis. Hic, relictis ſtudiis litterarum liberalium, eremum adiens, habitum Monachalem à quodam Monacho, Romano nomine, ſuſcepit, vitamque duxit Anachoreticam per tres annos. Deinde, clareſcentibus vitæ ipſius miraculis, poſt mortem Abbatis cujuſdam Monaſterii, electus eſt à Fratribus ibidem in Abbatem; qui cum moribus eorum concordare nolebat, venenum igitur obtulerunt, ut vitam citius terminaret. Quod vir Dei percipiens, fugato crucis ſignaculo oblato ſibi veneno, ad eremum rediit. ubi ſociatis Fratribus, Abbas effectus, de prædeceſſorum ſuorum Regulis & ſtatutis efficaciores tolerabilioreſque obſervantias excerpens, in aſperis ſuper omnia mitigationis moderamine perufus, Regulam ſcripſit ſalutarem & ab eccleſia Dei præ aliis approbatam. Vide de Sancto Benedicto in ſecundo libro Dialogorum beati Gregorii, in Hiſtoria Longobardorum quatuor locis, & in Chronicis Sigeberti. Sanctus Maurus, diſcipulus ſancti Benedicti. Sanctus Conſtantinus, Abbas Caſſinenſis, diſcipulus ſancti Benedicti. Sanctus Valentinianus Abbas Lateranenſis, diſcipulus ſancti Benedicti. Sanctus Theodorus Abbas Lateranenſis, & diſcipulus ſancti Benedicti. Sanctus Germanus, Epiſcopus Pariſienſis. Sanctus David, Epiſcopus Menevenſis. Sanctus Columba Abbas. Sanctus [1] Dionyſius, Monachus, Papa & Martyr. Sanctus Aidanus, Monachus & Epiſcopus. Sanctus Brendanus Scotus, Pater III. M. Monachorum. Sanctus [2] Mathicoes diſcipulus ejuſdem, & poſtea Epiſcopus. Sanctus Sampſon Abbas & Epiſcopus Dolenſis. Sanctus Wynwaloeus Abbas apud Pontinum. Sanctus Echobinus, diſcipulus ejuſdem. Sanctus Maglorius Monachus & Epiſcopus Dolenſis. Sanctus Paulus Monachus & Epiſcopus Leonenſis. Sanctus Baſolus Monachus [3] Rhemenſis, & poſtea Anachoreta. Sanctus Amandus Monachus & Epiſcopus Trajectenſis. Sanctus Honoratus Abbas Sindenſis, Pater ducentorum Monachorum. Sanctus Libertinus, di-

1 Dioniſius, *MS.* 2 Legi poteſt, Machicoes. 3 Remenſis, *MS.*

Digitized by Google

ſcipulus ejuſdem. Sanctus Monachus [1] Ortolanus Fin-denſis Monaſterii. Sanctus Equitius Abbas. Sanctus [2] Nomioſus Prior Monaſterii in monte Soractis. Sanctus Anaſtaſius Abbas Monaſterii ſub Pentonia juxta urbem Nepeſſanam. Sanctus Herculanus Monachus & Epiſcopus Peruſinæ civitatis, & Martyr. Sanctus Iſaac, Monachus de Italia. Sanctus [3] Eutychius Abbas in partibus Nurſiæ. Sanctus Benedictus Monachus de Campania. Sanctus Florentius Monachus Nurſiæ. Sanctus Eleutherius, Abbas Spoletanus. Sanctus Maximianus Monachus & Epiſcopus Syracuſanus. Sanctus Valentius Abbas cujuſdam Monaſterii in Roma. Sanctus Spes Monachus de Caparetia.

Sanctus Gregorius Monachus & Papa. Sanctus Antonius, Minor. Sanctus Merulus, Monachus & Collega beati Gregorii Papæ. Sanctus Joannes Monachus, & Collega beati Gregorii Papæ. Sanctus Leonardus Monachus Corbiacenſis. Sanctus Launoivarus Carnotenſis Monachus. Sanctus Hoſpitius Monachus & Abbas. Sanctus Columbanus Abbas Luxovienſis. Sanctus Deicolus, diſcipulus ejuſdem. Sanctus Goar Monachus Trevirenſis. Sanctus Walericus Abbas Ambianenſis, diſcipulus ſancti Columbani. Sanctus Euſtaſius Abbas Luxovienſis, diſcipulus ejuſdem. Sanctus Attalus, Abbas Bobienſis, diſcipulus ejuſdem Columbani. Sanctus Agilus, Abbas Bethacenſis. Sanctus Audomarus Monachus & Epiſcopus [4] Teniacenſis.

Sanctus Auguſtinus Abbas Romæ, & Archiepiſcopus Cantuarienſis. Sanctus Laurentius Monachus, & Archiepiſcopus Cantuarienſis. Sanctus Mellitus Monachus & Epiſcopus Lundonienſis & Archiepiſcopus Cantuarienſis. Sanctus Juſtus Monachus & Epiſcopus Roffenſis. Sanctus Honorius Monachus & Archiepiſcopus Cantuariæ. Hi fuere Collegæ ſancti Auguſtini. Sanctus Bertinus Abbas Sicbduenſis, Pater CL Monachorum. Sanctus Berchárius Abbas Antilarenſis & Martyr. Sanctus Anaſtaſius Monachus Jeroſolymitanus & Martyr. Sanctus

1 F. Hortulanus. 2 Sive, Nonnoſus. 3 Euticius, MS. 4 F. Temeſenſis.

Wandra-

Digitized by Google

Wandrageſilius Abbas Fontanellenſis. Sanctus Ausbertus, diſcipulus ejuſdem; deinde Abbas ibidem, & poſtea Archiepiſcopus Rothomagenſis. Sanctus Wulfrannus Monachus Fontanellenſis, & Epiſcopus Senonenſis. Sanctus Geremarus Abbas Flaviacenſis. Sanctus Philebertus ex milite Monachus, Abbas Resbacenſis & diſcipulus ſancti Agili. Sanctus Aychadrus Abbas. Sanctus Leufredus Abbas Ebroicenſis. Sanctus Ebbe Abbas & Epiſcopus. Sanctus Furſeus, Monachus Latiniacenſis in Gallia. Sanctus Baronthus, Monachus Bituricenſis. Sanctus Druthelinus Monachus. Sanctus Hildrebertus Monachus & Epiſcopus Meldenſis. Sanctus Sulpitius Abbas & Epiſcopus Bituricenſis. Sanctus Romaricus, Abbas Luxovienſis. Sanctus Amatus Abbas Luxovienſis. Sanctus Remaclus Monachus & Epiſcopus Trajectenſis. Sanctus Marinus Abbas & Martyr. Sanctus Leodegarius, Abbas & Epiſcopus Auguſtodunenſis. Sanctus [1] Olwynus. Sanctus Lambertus Monachus & Martyr. Sanctus Adamanus. Sanctus [2] Ymnemodus Monachus, Abbas Augannenſis Eccleſiæ. Ambroſius Monachus, Abbas Augannenſis Eccleſiæ. Sanctus Achinus Monachus, Abbas Augannenſis eccleſiæ. Sanctus Wilfridus, Abbas Ripenſis, & Archiepiſcopus Eboracenſis. Sanctus Ceddus Monachus & Epiſcopus Provinciæ Orientalium Saxonum. Sanctus Cedda, germanus Ceddi Monachus & Epiſcopus Lindisfarnenſis. Sanctus Salinus Monachus & Epiſcopus Ambianenſis. Sanctus Egbertus Monachus & Epiſcopus. Sanctus Cedimon Monachus. Sanctus Adulphus, Monachus & Epiſcopus Trajectenſis. Sanctus Botulpus, Abbas de Ikano, germanus ejuſdem. Sanctus [3] Aldelmus, Abbas Meldunenſis, & Epiſcopus Scherbornenſis. Sanctus Iſaac, Spoletanus Monachus. Sanctus Urſus Monachus. Sanctus Walbertus Abbas Luxovienſis. Sanctus Foillanus, Monachus & Martyr. Sanctus Baltfridus, Monachus diſcipulus ſancti Wandrageſilii. Sanctus [4] Aigulfus Monachus Floriacenſis, Abbas Liri-

1 F. Oſwinus. 2 F. Hynimodus. 3 Aldhelmus. 4 An Aigulfus?

Digitized by Google

penſis & Martyr. Hic tranſtulit Sanctum Benedictum de Monte Caſſino ad Floriacum. Sanctus Ægidius. Sanctus Cuthbertus. Sanctus Benignus. Sanctus Cæſarius, Monachus & Epiſcopus Arelatenſis. Sanctus Odo, primus Abbas Cluniacenſis. Sanctus Odilo Abbas Cluniacenſis. Sanctus Majolus Abbas Cluniacenſis. Sanctus Hugo Abbas Cluniacenſis. Sanctus Theobaldus Monachus, & poſtea Eremita. Sanctus Malachias, Abbas de Bangor, & Archiepiſcopus. Sanctus Dunſtanus Abbas Glaſtoniæ, & Epiſcopus Londonienſis & Wintonienſis, & Archiepiſcopus Cantuariæ. Sanctus Ethelwoldus Monachus Glaſtoniæ Abbas Abendonenſis, & Epiſcopus Wintoniæ. Sanctus Oſwaldus Monachus & Epiſcopus Wigorniæ, & Archiepiſcopus Eboracenſis. Sanctus Elphegus Abbas Lantoniæ, Epiſcopus Wintonienſis & Archiepiſcopus Cantuariæ. Sanctus Beda Monachus [1] Girwicenſis. Rabanus, Alcuinus Claudius, Joannes Scotus, diſcipuli ejuſdem & Fundatores Studii Pariſienſis. Sanctus Arnulphus, Abbas ſancti Medardi & Epiſcopus Sueſſionenſis. Sanctus Vulſtanus Monachus & Epiſcopus Wigornienſium. Sanctus Urſmarus Monachus & Epiſcopus Laubaci. Sanctus Herwynovatus in Lundonia Monachus, & ſucceſſor ejuſdem. Sanctus Bonefacius Monachus Exanceſtrenſis, Martyr. Sanctus Augendus, Abbas Lugdunenſis. Sanctus Joannes Syrus, Abbas Pevarenſis in Italia. Sanctus Lupicinus, Abbas Lugdunenſis. Sanctus Ermelandus, Abbas in Androinſula. Sanctus Crapaſius, Abbas Lirinenſis. Sanctus Domitianus, Abbas Lugdunenſis. Sanctus Necitus Abbas. Sanctus Queranus Abbas in Scotia. Sanctus Caynutus Abbas in Scotia. Sanctus Severinus Monachus de Provincia Tyburtina. Sanctus Severinus Monachus Pariſienſis, & poſtea Solitarius. Sanctus Vulſinus Abbas Weſtmonaſterii, & Epiſcopus Sherborniæ. Sanctus Hilarianus Monachus & Martyr, & Socius Sancti Donati Epiſcopi. Sanctus Maximinus, Abbas Aurelianenſis. Sanctus Suranus, Abbas Bituricenſis & Martyr. San-

1 *Berwynenſis, MS.*

ctus

Digitized by Google

ctus Maximus Abbas Lirinenſis, & Epiſcopus [1] Negenſis. Sanctus Eburlſus Abbas. Sanctus Liberatus, Abbas & Martyr. Sanctus Rogatus Monachus & Martyr. Sanctus Septimus Monachus & Martyr. Sanctus Marius Abbas Bobacenſis. Sanctus Egwynus Monachus & Epiſcopus Wicciorum, conſtructor Monaſterii de Eveſham. Sanctus Theobaldus ex Milite Monachus & Abbas. Sanctus Lanfrancus, Prior Beccenſis, Archiepiſcopus Canturiæ. Sanctus Anſelmus, Monachus Beccenſis, & Archiepiſcopus Cantuarienſis. Sanctus Bernardus Abbas Clarevallenſis. Sanctus Alred Abbas [2] Beavallenſis. Sanctus Raberius Monachus. Sanctus Milo Monachus. Sanctus Bartholomæus Monachus Dunelmiæ, & poſtea Recluſus. Sanctus [3] Matulſus Abbas. Sanctus Adrianus Abbas Monaſterii Sancti Auguſtini Cantuariæ. Sanctus Erualdus Abbas. Sanctus Anſegiſus Abbas. Sanctus Ademamus Monachus. Sanctus Wilpertus. Sanctus Magnentius Abbas. Sanctus Adelwaldus Abbas Lindifarenſis Eccleſiæ. Sanctus Giffridus Abbas [4] Lindifarenſis Eccleſiæ. Sanctus Joannes Abbas, Monachus Nemenſis. Sanctus Leo Monachus Monaſterii [5] Trecaſinenſis. Sanctus Lyfardus Monachus Aurelianenſis. Sanctus Iſaac, Monachus Cordubenſis & Martyr. Sanctus Vulmarus Monachus. Sanctus Sygonius Monachus Sigeſtrenſis Monaſterii. Sanctus Florentius Monachus Pictavenſis. Sanctus Jovinus Abbas. Sanctus Georgius, Monachus & Martyr. Sanctus Syverus Monachus & Martyr. Sanctus Deodatus, Monachus & Papa. Sanctus Victor Abbas Caſſinenſis, & poſtea Papa. qui veneno miſſo in calice dicitur extinctus. Sanctus Theodorus Monachus & Archiepiſcopus Cantuarienſis. Sanctus Petrus Abbas Monaſterii ſancti Auguſtini Cantuariæ. Sanctus [6] Jambetus, Abbas Monaſterii ſancti Auguſtini Cantuariæ, & Archiepiſcopus Cantuarienſis. Sanctus Paulinus Monachus & Archiepiſcopus Eboracenſis. Sanctus Benignus Monachus Glaſtoniæ, & diſcipulus beati Patricii

1 Sic MS. 2 F. Reavallenſis. 3 An. Matulfus ? 4 Lindisfarnenſis. 5 F. Legend. Tricaſſinenſis. 6 F. Lambertus.

Digitized by Google

tricii majoris, primi Abbatis ejuſdem loci. Sanctus Abbo, Floriacenſis Abbas & Martyr. Sanctus Herlewinus, ex milite Monachus, Abbas de Becco.

NOmina doctorum ſubſcribuntur Monachorum,
De ſcriptis quorum laus lucet Theologorum,
Horum ſcripturis ſapientes ſunt modo fulti
Eccleſiæ puris, clarent ſtudiis quia multi.

ORigenes Monachus floruit circa annum Domini CCC. LXXII. juxta Vincentium in Speculo Hiſtoriali libro XII, capitulo XI. Hic VI. M. & amplius Tractatus ſcripſit. licet enim in multis erravit, multa tamen utilia reliquit: quorum quædam Eccleſia recipit. Nam Papa Gelaſius in Decretis ſuis illa Opuſcula Origenis approbat, quæ beatus Jeronymus non reprobat. ſcribitur in Hiſtoria Mariani Scoti, quod Origenes in ſcribendo tam ſedulus fuit, ut Jeronymus dicat, ſe legiſſe VI. M. librorum ejus. Scripſit enim ſuper Geneſin Homilias XVII. ſuper Exodum Homilias XIII. ſuper Leviticum Homilias XVI. ſuper librum Numeri Homilias XVIII. ſuper Joſue Homilias XXVI. ſuper Judicum Homilias XX. De Elchana tractatum. ſuper Job libros III. ſuper Pſalmum XXXVI Homilias V. ſuper Pſalmum XXXVII. Homilias II. ſuper Pſalmum XXXVIII Homilias II. ſuper ceteris libros V. ſuper Iſaiam Homilias IX. ſuper Jeremiam Homilias XIV. ſuper Ezechielem Homilias XIV. ſuper Matthæum libros XXVI. quorum duodecim primi raro inveniuntur. Super Lucam Homilias XXXVIII. Super primum Joannis Tractatum I. Super Epiſtolam ad Romanos libros X. [1] Peri Archon, in quibus ejus Hæreſes inveniuntur. Extat etiam libellus, qui Planctus Origenis dicitur, & à beato Jeronymo tranſlatus inſcribitur. De Tunicis & Pelliciis Adæ & Evæ expoſitionem. Super Iſaiam Commentariorum libros XXX. Super Ezechielem Commentariorum libros XXV. De Martyribus ad Ambroſium librum I. De ſingularitate

1 Periarcon, *MS.*

Clericorum

Clericorum & cohabitatione mulierum librum I. Item pro ſeipſo librum Apologeticum, i. e. excuſatorium. Propterea quintam, ſextam, & ſeptimam editionem, quas etiam Ieronymus de ejus Bibliotheca habet, miro labore reperit, & cum ceteris editionibus comparavit. Dialecticam, Geometriam, Arithmeticam, Muſicam, Grammaticam, Rhetoricam, Omneſque Philoſophorum ſcientias didicit; & obiit anno ætatis ſuæ LXIX.

Sanctus Antonius Abbas floruit circa annum Domini CC.LXV. Scripſit Ægyptiace ad diverſæ Monaſteria Epiſtolas, quæ in Græcam linguam translatæ ſunt. quarum præcipua eſt ad Arſeonitas Monachos.

Sanctus Macarius Ægyptius unam ſcripſit Epiſtolam ad Monachos juniores; in qua dicit, inter alia, illum perfecte poſſe ſervire Deo; qui conditionem creationis ſuæ cognoſcens ad omnes ſeipſum inclinaverit labores.

Sanctus Macarius Alexandrinus ſcripſit, juxta [1] Gennadium, adverſus Mathematicos librum I. in quo labore Orientalium quæſivit ſolatia ſcripturarum.

Sanctus Evagrius Abbas, diſcipulus Macarii, ſcripſit juxta Gennadium Vitas Patrum. Item adverſus ſeptem principalium vitiorum ſuggeſtiones librum I. Item Cœnobitis & [2] Synodochis Doctrinam vitæ communis. Item Anachoretis ſimpliciter viventibus librum C. ſententiarum per capitula digeſtum. Item eruditis & ſtudioſis Anachoretis librum L. ſententiarum. Item ad Virginem Deo ſacratam librum, competentem religioni & ſexui. Item paucas ſententiolas valde obſcuras, ſolis Monachis cognoſcibiles. Item vitam ſancti Antonii de Græco Athanaſii tranſtulit in Latinum.

Sanctus Moſes Monachus, & Epiſcopus, fecit de Diſcretione & de Monachi Deſtinatione vel fine Collationes duas. quas Caſſianus ſcripſit in libro Collationum Patrum..

Sanctus Serapion peritiſſimus erat ſcientia litterarum. Scripturas quoque omnes memoriter recolebat; & ſcripſit adverſus Manichæos egregium librum, & de Pſal-

1 Genadium, *MS.* 2 Editores Gennadii legunt Synoditis.

morum

morum titulis alium. Item ad diverſos utiles Epiſtolas. Item ad Monachos de vitiis principalibus Collationem unam.

Sanctus Pachomius ſcripſit Regulam utrique generi Monachorum aptam, quam Angelo dictante didicerat. Item ad Abbatem [1] Syrum epiſtolam unam. Ad Abbatem Cornelium Epiſtolam unam. De Paſcha Epiſtolam unam. De Die remiſſionis Epiſtolam. De Fratribus extra Monaſterium laborantibus unam Epiſtolam.

Sanctus Theodorus, ſucceſſor beati Pachomii, ſcripſit ad alia Monaſteria III. Epiſtolas ſanctarum Scripturarum, in quibus frequenter meminit Magiſtri ſui Sancti Pachomii, & doctrinæ ejus & vitæ proponit exempla, quæ ut doceret Angelo adminiſtrante didicerat. Fecit etiam unam Collationem de nece Sanctorum Monachorum, à Saracenis occiſorum in partibus Paleſtinæ, juxta [2] Thecuæ civitatem, ubi Amos Propheta ortus fuit. Hanc Collationem ſcripſit Caſſianus in libro Collationum Patrum.

Sanctus Oreſieſis, Monachus & Pachomii diſcipulus, compoſuit librum totius Monaſticæ diſciplinæ inſtrumentis conſtructum, &, ut ſimpliciter dicam, in totum pene vetus & novum Teſtamentum in compendioſis diſſertationibus, juxta Monachorum duntaxat neceſſitatem, invenitur expoſitum. quem vice Teſtamenti, prope diem obitus ſui, Fratribus obtulit.

Sanctus Iſaac fecit duas Collationes de Oratione, & cetera.

Sanctus Ammonius Monachus, Vir diſcretus & valde eruditus in Philoſophia, inter multa ingenii ſui monumenta, [3] de Conſtantia Monachi & Jeſu opus elegans compoſuit; & Evangelicos Canones primus excogitavit.

Didymus Monachus, ab anno ætatis ſuæ quarto oculorum lumine privatus, ſed nec Magiſtris litterarum traditus, nec unquam elementa prima cognoſcens, Teſta-

1 Sirum, MS. 2 Thecue, MS. 3 De Conſonantia Moiſi & Jeſu. ſic legendum ex Hieronymo.

mentum

Digitized by Google

mentum vetus & novum de verbo ad verbum interpretatus eſt; Grammaticam enim Rhetoricam, Muſicam, Geometriam & Aſtronomiam, & Syllogiſmos Ariſtotelis, & Eloquentiam [1] Philonis auditu didicit. De Trinitate fecit libros III. Item Origenis Opus de [2] Principibus i. e. Periarchon interpretatus eſt, & in eis explanationes reliquit eximias. Item Commentarium in Pſalmos omnes. Item Commentarium in Evangelium Matthæi & Joannis, & [de] Dogmatibus. Item contra Arianos libros duos. Item de Spiritu Sancto librum I. Item in Iſaiam Tomos XVIII. In Oſee libros tres. In Zachariam libros V. Item Commentarios in Job.

Sanctus Ephræm, Monachus, ſcripſit de Spiritu Sancto librum I. De Transfiguratione Domini ſermonem unum. De Pœnitentia Homiliam unam. De Luctantibus ſeculi librum unum. De Compunctione librum I. De Beatitudine Animæ librum unum. De Reſurrectione & Judicio librum I. De Die Judicii Homiliam unam.

Sanctus Baſilius Monachus & Archiepiſcopus Cappadociæ, ſcripſit in [3] Hexaëmeron libros IX. Item Regulam de Inſtitutione Monachorum in libro uno. Item de Doctrina & Inſtitutione [4] novitii Tractatum I. De Triplici Pugna Monachi Epiſtolam I. Contra Eunomium de Spiritu Sancto librum I. Item breves & plures Tractatus ad Monachos.

Sanctus Gregorius Zazianzenus, Monachus & Epiſcopus, ſcripſit de Morte fratris Cæſarii. Item Laudes Maximi Philoſophi. Item Laudes [5] Macchabæorum. Laudes Cypriani. Laudes Athanaſii. De Nuptiis & Virginitate contra Eunomium libros II. De Spiritu librum unum. Item contra Julianum Imperatorem librum I. Librorum Apologeticorum libros III. Sermonem de Nativitate. Item ſermonem de Monachis. Item de Luminibus, ſive ſecundis Epiphaniis. Item de Agro regreſſo, ſive de ſemetipſo librum I.

Petronius, Monachus & Epiſcopus Bononienſis, ſcri-

---

1 F. Platonis. 2 Leg. Principiis. 3 Examerõn, MS. 4 Noviciì, MS. 5 Machabeorum, MS.

Digitized by Google

pſit Vitas Patrum Ægypti Monachorum. Item de Ordinatione Epiſcopi Romæ, & Humilitate librum I.

Vigilius, Diaconus & Monachus, compoſuit, ex traditione Patrum, Regulam Monachorum, juxta Gennadium.

Leander, Monachus [1] Spalenſis & Epiſcopus, ſcripſit adverſus Hæreticorum Dogmata libros II. Item adverſus Arianos libros II. Ad Florentinam ſororem de Inſtitutione Virginum & de Contemptu Mundi librum I. In toto Pſalterio duplici Editione Orationes conſcripſit. Item ad Epiſcopos alios Epiſtolas multas. Item de Morte non timenda Epiſtolam I.

Joannes [2] Gerundenſis, Monachus & Epiſcopus, ſcripſit unam Regulam Monachis. Item Chronicon, & alia multa ſcripſiſſe dicitur.

Eutropius, Monachus, ſcripſit ad Papam Epiſtolam I. & ad Epiſcopum [3] Hyrcanenſem de [4] Deſtructione Monachorum librum unum.

Sanctus Ieronymus, Monachus & Presbyter Cardinalis, floruit circa annum Domini CCC.LXXXIX. Hic, litteris Græcis Latinis Hebraicis ſufficienter edoctus, omnes Veteris Teſtamenti libros ex Hebræo in Latinum convertit, eoſque Commentatus eſt; & Novum Græcæ fidei reddidit. Solus ex antiquis Doctoribus omnes XVI Prophetas expoſuit, & LXIV libris editis Commentatus eſt. Danielem quoque Chaldaico ſtylo locutum, & Job Arabico in Romanam linguam mutavit. Evangelium etiam Matthæi ex Hebræo fecit eſſe Romanum. Pſalterium ex Hebræo Latina modulatione compoſuit. Duos libros Salomonis inplantavit. Cantica Canticorum ex Origenis Interpretatione tranſtulit in Latinum. Epiſtolas Pauli, & Joannis Revelationem diſſeruit. Expoſitionis ſuæ Fidei librum I. De Symbolo Nicæno Tractatum I. Contra Pelagianos libros III. Contra Jovinianum libros II. Contra Luciferianum librum I. Contra Helvidium de Virginitate beatæ Mariæ librum I. Contra Vigilantium librum I. Contra Originem de Reſur-

1 Legendum, ſuſpicor, Hiſpalenſis. 2 Gerundinenſis, MS. 3 Sic MS. F. Irtabicenſem. 4 Deſtrictione, Iſidor.

rectione

Digitized by Google

rectione Carnis librum I. Ad [1] Auctum Presbyterum de Erroribus Origenis librum I. Ad Pammachium & Occanum librum I. Contra Ruffinum Presbyterum librum I. Apologeticis ad Auguſtinum libro I. Exhortatorium ad Julianum libro I. De Patientia ad Ruſticum Monachum librum I. Ad Papam Damaſum librum I. Ad Occanum librum I. Ad [2] Hebidiam librum I. Ad Alganciam librum I. Ad [3] Silinam & Fretelam librum I. De Homine perfecto librum I. De Joachim & Anna librum I. De XV ſignis tractatus lib. I. De Viris Illuſtribus librum I. De Diſtantia locorum. De Interpretationibus Hebraicorum librum I. De optimo Genere interpretandi librum I. De Studio Scripturarum librum I. De Quæſtionibus in Geneſi librum I. De III Quæſtionibus ad Damaſum Papam librum I. De veſte ſacerdotali librum I. De XLII manſionibus Filiorum Iſrael librum I. De ſeptem Gradibus Eccleſiæ librum I. De Quæſtionibus Hebraicis libri Regum libros II. De Quæſtionibus Paralipomenon libros II. [4]Bramarii ſuper Pſalterium librum I. Commentariorum ſuper Eccleſiaſticum librum I. Super Iſaiam libros XVIII. Super Jeremiam libros XI. Super Ezechielem libros XIV. Super Danielem librum I. Super Oſee libros III. Super Johelem librum I. Super Amos libros tres. Super Abdiam librum I. Super Jonam librum unum. Super Michæam libros II. Super Naum librum I. Super Abacuc libros II. Super Sophoniam librum I. Super Aggæum librum I. Super Zachariam libros III. Super Malachiam librum I. Super Matthæum libros IV. Super Marcum librum I. Super Epiſtolam ad Epheſios lib. III. Super Epiſtolam ad Titum librum I. Super Epiſtolam ad Galatas libros III. Super Epiſtolam ad Philemonem librum I. De Vita Clericorum librum I. Epitaphium ad Heliodorum Epiſcopum. De Inſtructione Clerici vel Monachi librum I. De Vita Monachi ad Ruſticum librum I. De Vita Clerici librum I. De Virginitate librum I. Ad Demetriadem Virginem librum I. De Inſtitutione Paulæ librum I. Ad matrem & filiam in Gallia librum I. De Lapſu Virginis Suſannæ

1 F. Avitum. 2 Sic *MS.* 3 F. Suniam. 4 F. Breviarii.

librum unum. De Lapſu Fabiani librum I. De Monogamia librum unum. De Viduitate ſervanda librum I. De morte Nebridii librum unum. De Dormitione Palmæ librum I. de Morte Fabiolæ librum I. Epitaphii Sanctæ Paulæ librum I. Ad Tiraſium librum Conſolatorium. De Reſurrectione ad Mimerinum & Alexandrum librum I. Apologeticum ad Pammachium. De contemptu Sæculi librum unum. Ad [1] Cteſiphontem librum unum. Ad Demetrionem librum unum. De III Virtutibus librum I. De morte Oſee & Seraphin & calculo librum I. Super Pſalmum XLIV librum I. Altercationis Luciferiani & Orthodoxi librum I. Super Parabolas librum I. Super Cantica Homilias II. Super Lucam Homilias XXXIX. De Pſalmis à decimo uſque ad XVI Tractatus VII. De libris Hiſtoriæ [2] diem Epiſtolam I. De tribus naturis Animæ librum I. Ad Marcellam de Urbe ſecedenda librum I. De Ægrotatione Briſillæ librum I. Ad Silinnam librum I. Ad Lucinum Bæticum librum I. De VII Mirabilibus librum I. De Perſecutione Chriſtianorum librum I. Super ædificium Prudentii librum I. Gloſſæ VII Hebdomadæ librum I. De Uſu pſallendi librum I. De tribus diebus librum I. De Fide ejus apud Bethleem ad Pammachium & Marcellum libros II. De Vita Hildefonſi librum I. Commentarium ſuper Alphabetum Græcum & Hebræum. De quibuſdam Capitulis IV. Evangeliorum. De Naturis quorundam animalium & avium allegatorum. De litteris & accentibus. De terra promiſſionis ad Dardanum. De Verbo vitæ. Super Actus Apoſtolorum. Super Epiſtolas Joannis, Jacobi, Petri, Judæ. De Judicio Salomonis. De Aſſumptione beatæ Mariæ. De infantia Chriſti Iſagogas ad epiſtolas componendas. De membris & motibus Domini. De Sphæra cœli & diverſis ſcripturis. De Menſura ſphæræ cœli & XII lapidibus pretioſis. De XII menſuris, pondere & de menſura corporum altitudinis. De muſicis inſtrumentis. De partibus minus notis Veteris Teſtamenti. De Proverbiis [3] Annæi Senecæ. De gradibus Romanorum. De Romanis Pontificibus. De diſciplina & habitu Virginali.

1 Theſpontem, *MS*. 2 Sic *MS*. F. Dierum. 3. Enei, *MS*.

ginali. De eminentia & immenſitate Dei. De eſſentia Trinitatis. De VI civitatibus fugitivorum. Dialogus contra Pelagium. De Ratione Animæ. De habitatione Clericorum & mulierum. De Melchizedeck. De quorundam Hæreticorum ſententiis. De Spiritu Sancto librum Didymi tranſtulit in Latinum. De Malcho captivo Monacho. Vitam ſancti Frontonii Monachi & Epiſcopi. Vitam ſancti Hilarionis. Vitam ſancti Pauli Eremitæ. Pleraſque Patrum Monachorum Eremitarumque vitas veraciſſime texuit hiſtoriis. Adhortationes & Dicta eorundem de Græco tranſtulit in Latinum. Epiſtolas breves ad diverſos LXX. Sermones X. Homilias Origenis XXXVIII tranſtulit & correxit.

Joannes Damaſcenus Presbyter & Monachus floruit circa anuum Domini [1] XC. ſcripſit librum ſententiarum, in quo continetur Orthodoxæ Fidei traditio; quem quidem librum Burdio tranſtulit de Græco in Latinum.

Sanctus Heraclides, Monachus, ſcripſit librum, qui dicitur Paradiſus, de Vitis Patrum.

Sanctus Caſſianus, Monachus, qui & Joannes Eremita, ſcripſit Vitas Patrum compertas in Ægypto, Doctrinaſque & Regulas datas, & alios libros plures compoſuit. Scripſit enim de Inſtitutis & Regulis Patrum libros IV. Item de Remediis octo Principalium vitiorum libros VIII. Item XXIV Collationes Patrum. Item de Incarnatione Domini adverſus Neſtorium. Item ſcripſit quatuor Regulas, omnium Monachorum profeſſioni neceſſaria continentes.

Sanctus Eucherius, Monachus & Epiſcopus Lugdunenſis, ſcripſit de Contemptu Mundi librum I. Item ad [2] Selenem & Veranem Epiſcopos librum I. Item opuſcula Caſſiani in uno collegit Volumine, tam Clericis quam Monachis neceſſaria.

[3] Eugippius Abbas floruit circa annum Chriſti CCCC. LXXX, & ſcripſit Vitam Sancti Severini. Item Regulam Monachorum. Item ad Probam Virginem, ex ope-

---

1 Deeſt, ut opinor, DCC. 2 Salonium & Veranium, Gennad. 3 Egipcius, *MS.*

ribus

ribus Auguſtini, altiſſimas Quæſtiones & ſententias diverſas, in uno libro, CCC & XXXVIII Capitula continentes.

Sanctus Fulgentius, Monachus & Epiſcopus, ſcripſit de Remiſſione peccatorum libros II. Ad Donatum de Fide librum I. De [1] Myſterio Mediatoris libros III. Contra objectiones Traſamundi regis [2] Ariani librum I. De Continentia Conjugatorum librum I. Ad Probam de Virginitate & humilitate librum I. Ad eandem de oratione & compunctione librum unum. Ad Eugippium de [3] Charitate librum I. Ad Theodorum Senatorem librum I. De Pœnitentia & Indulgentia librum I. De libero Arbitrio librum I. De Trinitate librum I. De Incarnatione Domini librum I. Item ſermones pulcherrimos, præcipue de Nativitate Domini & de beato Stephano, qui in Eccleſiis leguntur.

Fauſtus Abbas Lirinenſis, & Epiſcopus Galliæ, ſcripſit, juxta Gennadium de Viris Illuſtribus, de Spiritu Sancto librum I. De gratia Dei librum I. Adverſus Arianos & [4] Macedonios librum I. Ad Diaconum [5] Græcum Epiſtolam in modum Libelli. Ad Felicem Præfectum Epiſtolam unam. De Timore Domini librum I. Et alia multa ſcripſiſſe dicitur, & egregius Doctor creditur & probatur. Fuit alius Fauſtus, Monachus & Hæreticus, contra quem ſcripſit Sanctus Auguſtinus.

Fructuoſus Monachus & Epiſcopus ſcripſit Regulam Monachorum, de qua [6] Gratianus facit mentionem de Conſ. Di. 5. Carnem.

Sanctus Hilarius Monachus, [7] Sancti Honorati & poſtea Epiſcopus Arelatenſis, Vir erat in Scripturis doctus, & ingenio [8] morali aliqua edidit, quæ eruditæ animæ & fidelis linguæ indicio ſunt. in quibus ad multorum utilitatem Vitam ſancti Honorati compoſuit.

Sanctus [9] Sophronius Monachus ſcripſit de Laude

1 Miſterio, *MS.* 2 Arriani, *MS.* 3 Caritate, *MS.* 4 Lege, Macedonianos. 5 Nonnulli apud Gennadium mallent, Gratum. 6 Gracianus, *MS.* 7 F. Sancti Honorati ſucceſſor. 8 Immortali, Gennad. 9 Sofronius, *MS.*

Bethleem

Bethleem librum I. De Virginitate ad Euſtochium librum I. Item vitam Hilarionis Monachi, &alia Opuſcula Ieronymi in Græcum tranſtulit ſermonem. Pſalterium quoque & Prophetas, quos Ieronymus de [1] Hebræo ſermone in Latinum vertit, in Græcum ſermonem tranſtulit.

Jacobus Monachus, cognomento ſapiens, Epiſcopus Perſarum, floruit circa annum Chriſti CCC. XXXVI. & ſcripſit juxta Gennadium de Fide contra omnes [2] Hæreſes. De Charitate generali. De jejunio. De Oratione. De [3] Dilectione erga proximum ſpeciali. De Reſurrectione. De Vita poſt mortem. De Humilitate. De Patientia. De Satisfactione. De Virginitate. De ſenſu animæ. De Circumciſione. De Acino benedicto, pro quo in [4] Iſaia legitur, non eſt exterminatus botrus. De Chriſto quod filius Dei ſit, & conſubſtantialis Patri. De caſtitate adverſus gentes. De Conſtructione Tabernaculi. De Gentium Converſione. De Regno Perſarum. De Perſecutione Chriſtianorum.

Palladius Monachus, & diſcipulus ſancti Evagrii, ſcripſit juxta Hiſtoriam tripartitam de Vitis Patrum lib. I. Item de Agricultura.

Sanctus [5] Cæſarius, Monachus & Epiſcopus Arelatenſis, X Homilias morales utiles ad Monachos edidit.

Caſſiodorus Senator, & poſtea Monachus, floruit circa annum Domini DX, ſcripſit ſuper Pſalmos Commentariorum CL tractatus. Item de ratione animæ librum I. De Inſtitutione Scripturarum librum unum. De Tropis librum I. De [6] Orthographia librum unum. Super Cantica Canticorum librum I. Item Epiſtolas multas ad diverſos.

Athanaſius, Monachus & Epiſcopus Alexandriæ, floruit anno Chriſti circa [7] CCCC. XL. Et ſcripſit contra gentes librum I. De Trinitate libros VIII. Ad Monachos librum I. De Virginitate & de Arianis libros plures. De Spiritu Sancto librum I. Contra Arium, Sabel-

1 Hebreo, MS. 2 Hereſes, MS. 3 Dilexione, MS. 4 Yſaia, MS. 5 Ceſarius, MS. 6 Ortographia, MS. 7 Lege, CCC. XL.

lium

lium & [1] Photinum libros III. De Fide librum I. De Titulis Pſalmorum librum I. Symbolum, Quicunque vult, & alia.

Proſper, Monachus Aquitanicus, floruit anno Domini CCCC. L. & ſcripſit de Vita Contemplativa libros tres. Item ſententiarum ſive Epigrammatum libros tres. Alio nomine dicitur liber de vera Innocentia. Item Epiſtolas, & multa alia.

Sanctus Benedictus Abbas, circa annum Chriſti DXVI, ſcripſit Regulam Monachorum, juxta Sanctum Gregorium ſecundo Dialogorum.

Sanctus Gregorius, Monachus & Papa, ſcripſit ſuper Job libros XXXV. Item ad Prælatos & Paſtores libros IV. Item Dialogorum libros IV. Super Evangelia Homilias XL. Item Commentariolum ſuper Cantica. De conflictu vitiorum & Virtutum. Item Regiſtrum continens libros XIV. Item ſuper Geneſim librum I. De Sacramento Altaris librum I. Super primam & ultimam partem Ezechielis Homilias XXII. Ad Auguſtinum Cantuarienſem de Pollutione Nocturna Epiſtolam unam. Item de Reconciliatione Monachorum librum I. Item ad Auguſtinum Cantuarienſem, & alios multos Epiſtolas quamplures.

Angelonius, Monachus, floruit circa annum Domini DCCC. XXX. juxta Vincentium in Speculo, & ſcripſit ad Ludovicum Imperatorem ſuper libros Regum librum unum.

Amalarius, Monachus, ſcripſit ad Ludovicum Imperatorem de Officiis Eccleſiæ libros IV.

Sanctus [2] Aldelmus, Abbas Malmesburiæ, & Epiſcopus Shirborniæ, floruit circa annum Domini DC.LXVI, & ſcripſit [3] Ænigmata, in quibus continentur verſus mille. Item de Virginitate & laude Sanctorum, ad Abbatiſſam de Berkynge, librum I. De VIII Vitiis principalibus librum unum.

Sanctus Beda, Monachus Gerwyvenſis & Presbyter Venerabilis, floruit circa annum Domini DCC. VI. &

1 Sabellinum & Fotinum, *MS.* 2 Rectius, Aldhelmus. 3 Enigmata, *MS.*

ſcripſit

ſcripſit juxta Vincentium & alios ſuper Geneſim libros IV. De Tabernaculo Moyſi libros III. Super Samuelem libros IV. De Templo Salomonis libros II. Super Eſdram & Neemiam libros III. Super Tobiam librum I. Super Pſalmos librum I. Super Parabolas Salomonis libros III. Super Cantica Canticorum libros VI. Super Marcum Homilias IV. Super Lucam Homilias IV. Super Epiſtolas Canonicas libros VII. Super Actus Apoſtolorum libros II. Super Apocalipſin libros III. De Quæſtionibus libri Regum librum unum. Super Abacuc librum I. Super Job librum I. Super Eccleſiaſten librum I. De ſex Ætatibus ſeculi Epiſtolam I. De Manſionibus filiorum Iſrael Tractatum I. De illo Iſaiæ: & claudentur ibi in carcerem, Tractatum I. De Biſexto & [1] Æquinoctio Epiſtolam I. De Naturis Rerum librum I. De [2] Neupmatibus & Tropis librum I. De Temporibus, Horis & & Momentis. De Arte Metrica librum I. De Geſtis Anglorum libros V. De Locis Sanctis & ſitu Jeruſalem Epiſtolam I. De Orthographia librum I. Lamentationis in die Judicii Epigrammatum librum I. [3] Hymnorum librum I. [4] Martyrologium de Natalitiis Sanctorum. Vitam ſancti Felicis Confeſſoris. Vitam ſancti Cuthberti. Vitam & Paſſionem Sancti Anaſtaſii tranſtulit in Latinum. De Divinis Officiis librum I. [5] Hexaëmeron lib. VI. Super Mulierem fortem Tractatum I. De Figuris Grammaticorum. De [6] Compoto. De Ponderibus & Menſuris librum I. Super Epiſtolas Pauli, ex Operibus ſancti Auguſtini collecta.

Rabanus, Abbas Fuldenſis, & poſtea Archiepiſcopus [7] Magundenſis, floruit circa annum Domini DCCC.XIV. & ſcripſit de Laude Crucis libros II. De Inſtitutione Clericorum librum I. Super Geneſim libros IV. Super Exodum libros IV. Super Numerum librum I. Super Leviticum librum I. Super Deuteronomium librum I. Super Regum librum I. Super [8] Paralipomena libros IV.

---

1 Equinoxio, MS. 2 F. pro Pneumatibus. Sed Lege Schematibus. 3 Ympnorum, MS. 4 Martilogium, MS. 5 Exameron, MS. 6 Vel, Computo. 7 I. e. Maguntinus. 8 Paralipamena, MS.

Digitized by Google

Super Judith libros VII. Super Heſter librum I. Super librum Sapientiæ libros III. Super Eccleſiaſticum libros X. Super Jeremiam librum I. Super Macchabæorum librum I. De Naturis Rerum libros XXII. Super Matthæum Homiliam I. [1] Etymologiarum librum I. Super Parabolas librum I. De Computo. De Significationibus Verborum. Liber qui dicitur, Dominus Vobiſcum. Super Epiſtolas Pauli ad Corinthios, [2] Galatas & Epheſios. De Officiis Eccleſiaſticis. De Prædeſtinatione ſuper Apocalipſin.

Radulphus Flaviacenſis Monachus, ſcripſit ſuper Leviticum libros XX. Super Regum libros IV. Super Epiſtolas Pauli. Super Apocalipſim. Super Parabolas. De Re militari librum I. De Sanctuario, quod eſt Sancta Maria. De Abbate & Monacho librum I. Super [3] Matthæum librum I. De ſex Ætatibus, & de iis quæ futura ſunt. De diverſis Miraculis & Meditationibus.

Sanctus [4] Odo, primus Abbas Cluniacenſis, floruit circa annum Chriſti [5] DCCC. X. & ſcripſit ſuper quinque libros Moyſi libros III. De Onere Philiſtim librum I. De Vitiis & Virtutibus animæ libros III. [6] Prius quam auctor. Item librum Vitæ. Item de Ternario librum I. Item librum Precum compoſitarum. Item librum [7] Chronicarum. Item Medullam Moralium Gregorii collegit in uno Volumine. Item ſermonem de Sancto Benedicto, qui legitur in ejus Tranſlatione, [8] Priuſquam Feſtiva beatiſſimi. Item ſermones & Epiſtolas quamplures.

Sanctus Lanfrancus, Monachus Beccenſis & Archiepiſcopus Cantuariæ, floruit circa annum Chriſti M. LXXIV. & ſcripſit contra Berengarium librum I. Item de Corpore & Sanguine Domini librum I. De Conſuetudinibus Monachorum librum I. Item Epiſtolas quam plures ad diverſos.

Sanctus Anſelmus, Monachus Beccenſis & Archiepiſ-

1 Ethimologiarum, *MS*. 2 Galathas, *MS*. 3 Matheum, *MS*. 4 Otto, Anonymo Mellicenſi. 5 F. DCCCXC. 6 Sic *MS*. Neſcio an ſit initium libri. 7 Cronicarum, *MS*. 8 Initium Tractatus, niſi me mea fallat conjectura.

copus

Digitized by Google

copus Cantuariæ, floruit circa annum Chriſti M.C.II. & ſcripſit Proſologion. Item Monologion. Item de Trinitate. Item de conceptu Virginali & peccato originali. Item de Veritate & libero Arbitrio & caſu Diaboli. Item de concordia liberi arbitrii & præſcientia divinæ prædeſtinationis & gratiæ. Item de libero Arbitrio librum I. Cur Deus Homo libros II. Meditationum & Orationum librum I. De Grammatico librum I. De Caſu Diaboli librum I. De Incarnatione verbi librum I. De Sacramento Altaris Epiſtolam I. De [1] Azymo Epiſtolam I. De Beatitudine & Miſeria libros XXX. Super Cantica Canticorum. De Similitudinibus librum I. De Proceſſione Spiritus Sancti librum I. Contra inſipientem librum I. Contra reſpondentem pro inſipiente. Diſputatio Judæi cum Chriſtiano de Fide Catholica. De Prædeſtinatione & libero Arbitrio. Diſputatio pro inſipiente, librum I. Tractatus de excellentia beatæ Virginis. Item Parabolarum ſive Proverbiorum librum I. Item Sermones de Aſſumptione beatæ Mariæ. Item ſigillum ſanctæ Mariæ. Item de Gratia & libero Arbitrio librum I. Item Epiſtolas CC. XVI.

Sanctus Bernardus ſcripſit ad Senonenſem Archiepiſcopum de tribus Virtutibus. De cohabitatione Fratrum. Item orationes ejuſdem quomodo imitetur Chriſtus. Exhortationes Bernardi. Ad Deodatum Nepotem ſuum de Operibus VI Dierum. Ad Clericos de converſatione. De Colloquio Symonis & Jeſu. Super illud, intravit Jeſus. Super illud, cum eſſet deſpenſata. Super Iſaiam de ſex verbis Domini in Cruce. Sententiæ contemplativæ ejus, ſuper regulam. Homiliæ ejus ſuper Epiſtolam Jacobi. Planctus ejus ſuper mortem fratris ſui, ad L. Romanæ Eccleſiæ Diaconum. Ad Fratres de Monte Dei. ſermones ejuſdem ſuper Cantica Canticorum. Epiſtolas multas, De conſideratione libros V. De Præcepto & Diſpenſatione. Super, Miſſus eſt, librum I. De XII Gradibus Humilitatis librum I. De Gratia & libero Arbitrio librum I. De diligendo Deo librum unum. De Amore

[1] Azimo, MS.

Digitized by Google

Dei. De Videndo Deo. Super Pſalmum, qui habitat. Ad quendam Monachum de Superfluitatibus. Ad Eugenium Papam libros V. de virtutibus & Vitiis. Expoſitiones Eccleſiaſticarum Regularum. Super illud, dixit Symon Petrus ad Jeſum. Ad Robertum Monachum fugientem. Ad Milites Templi. Ad Willelmum Abbatem Sermonem in Nativitatem beatæ Mariæ. Sermonem de Jephta. Epithalamium. Meditationes. De Conceptione beatæ Mariæ. De Varietate Ordinis Monaſtici. De Charitate ad Fratres [1] Cartuſiæ. Apologicum ejuſdem. Speculum ejuſdem. De Charitate. De Viſitatione Infirmorum.

Sanctus Elredus, Abbas Ryvallenſis, ſcripſit Speculum Charitatis lib. II. De Spirituali Amicitia libros III. De Animali I. De Inſtitutione Incluſarum libros II. Vitam ſancti Edwardi Regis Anglorum. Vitam ſancti Niniani. Miracula Eccleſiæ de Extildeſham. Relationem ejuſdem de Standardo. Chronicam ejuſdem. [2] Lamentationem ejus de Morte Regis David. Genealogiam Regum Angliæ. Liber qui dicitur, Sagitta Jonathæ. De diverſis Virtutibus. Sermones ejus de omnibus Solemnitatibus anni. & plures in Synodis. Epiſtolæ ejuſdem CC. Item de omnibus in Iſaia Homilias XXX. Oratio illius Paſtoralis, O Paſtor bone, & cetera.

Robertus Monachus ſcripſit ſuper librum [3] Threnorum libros V.

Bernardus, Abbas Caſſinenſis & Cardinalis, floruit circa annum Chriſti M. C. XL. & ſcripſit quendam Tractatum de Profeſſione Monachorum; & intitulatur Speculum Monachorum. Item ſcripſit notabilem Expoſitionem ſuper Regulam Sancti Benedicti. Item de Monacho beſtialiter vivente Tractatum.

Haymo Monachus & Doctor modernus ſcripſit ſuper Iſaiam libros II. Super Epiſtolas Pauli. Super Apocalypſin. Super V Libros Moyſi. Super Epiſtolas & [4] Evangelia totius anni Homilias notabiles & Sermones. [5] Item in Chriſtianarum rerum memoria.

---

1 Leg. Cathuſiæ. 2 Lamentationem ejus. De Morte David, *MS.* Ac ſi duo eſſent libelli. 3 Trenorum, *MS.* 4 Ewangelia, *MS.* 5 Sic *MS.*

Joachim,

Joachim, Abbas de Calabria, floruit circa annum Domini M.C.XLII. & ſcripſit ſuper Apocalypſim libros III. Commentarios ſuper libros Prophetarum. De Moribus Paparum, qui poſt eum futuri erant, librum I. Hic libros ſuos corrigendos domino Papæ obtulit.

Willielmus, Monachus de Rameſeya, ſcripſit ſuper Cantica Canticorum Homilias XXX.

Brithferthus, Monachus de Rameſia, ſcripſit ſuper Bedam de Temporibus libros IV.

Smaragdus Abbas ſcripſit ſuper Regulam ſancti Benedicti: Item Diadema Monachorum.

[1] Gratianus Monachus compilavit Decreta.

JAM Monachi reſtant, Fidei qui ſemina præſtant.

SAnctus Germanus, Monachus & Epiſcopus Altiſſiodorenſis, & Sanctus Lupus, Monachus & Epiſcopus Tricaſſinenſis, per Papam & judicium Synodi univerſorum Epiſcoporum Galliæ in Britanniam ad prædicandum ſunt directi, & Britannos ab Errore Pelagiano revocarunt, Anno Domini CCCC. XXXI. juxta Marianum. Sanctus Auguſtinus Abbas, & poſtea Archiepiſcopus Cantuariæ, cum ſociis Monachis ferme XL prædicavit genti Anglorum, & eas ad fidem Chriſti convertit.

Sanctus Martinus Monachus & Epiſcopus Turonenſis. Sanctus Euſebius Monachus, cum ſepeliſſet ſanctos [2] Martyres, & multos prædicando converteret ad Fidem, juſſu [3] Conſularis decollatur. Sanctus Novus Monachus Thalenenſis & Epiſcopus [4] Heliopolis plures prædicando convertit ad Fidem. inter quos Pelagiam meretricem convertit circa annum Domini CC. XC. Sanctus Leonardus, Monachus & Abbas, prædicavit in Aquitania. Sanctus Vigor, Monachus Sancti Vedaſti, plures ab [5] idololatria prædicando in regione Bajocaſina ad Chriſti fidem revocavit circa annum Chriſti CCCC. XC. VIII. Sanctus Nicetius, Abbas & Epiſcopus Treverorum,

1 Gracianus, *MS.* 2 Julianum ſc. & Cæſarium. 3 Judicis, Martyrolog. Roman. Erat nimirum Vir Conſularis dignitatis, qui Provinciæ præfuit. Conſularis, *MS.* 4 Eliopolis, *MS.* 5 Ydolatria, *MS.*

&

& Prædicator egregius. Sanctus Germanus Monachus & Epiſcopus Pariſienſis.

Sanctus David Monachus & Epiſcopus Menevenſis, [1]qui quodam tempore dum prædicavit in Synodo CXVIII Epiſcoporum in Britannia terra ſub ipſo crevit, & in collem altiſſimum attollitur, in cujus memoria nunc ſita eſt eccleſia. Sanctus Columba Abbas Gentem Provinciæ Septentrionalium Pictorum prædicando ad Fidem Chriſti convertit circa annum Domini DLX. Sanctus Aidanus Monachus, & plures cum eo Monachi, ad rogatum Sancti Oſwaldi Regis, venientes de Scotia prædicabant in Britannia Verbum Dei, & credentibus gratiam Baptiſmatis miniſtrabant. Sanctus Brendanus, habens ſub ſe tria millia Monachorum, poſt ſuam peregrinationem de loco ad locum tranſiens, Mirabilia quæ vidit retulit, & docenda docuit, & corripienda corripuit. Sanctus Colmannus, Abbas, miſſus eſt de Inſula Hii ad prædicandum genti Anglorum. Sanctus Macutes prædicavit in Britannia majori & minori. Sanctus, Eltutus Abbas & diſcipulus ſancti Germani, erat omnium ſcripturarum veteris & novi Teſtamenti & omnium Artium Philoſophiæ inter omnes Britannicos expertiſſimus, & futurorum præſcius. Sanctus Sampſon Abbas & Epiſcopus prædicavit in Britannia majori & minori.

Sanctus Amandus, Monachus, prædicans in Gallia electus eſt in Epiſcopum. Sanctus Equitius Abbas prædicavit in partibus Nurſiæ. Sanctus Columbanus, Abbas, ad quæcunque loca veniens verbum Dei prædicavit. Sanctus Goar, Monachus Treverorum, multos Paganos convertit. Sanctus Walericus, Abbas, ſemper in Prædicationibus ſuis lacrymas effudit. Sanctus Euſtaſius, Abbas, prædicavit in Germania contra Hæreſim Bonoſiacam. Sanctus Agilus, Abbas, multis claruit miraculis, & ad Fidem plures convertit. Sanctus Audomarus, Monachus & Epiſcopus, verbum Dei circumquaque ſeminans, animarum & corporum languores curabat. Sanctus Vulfrannus, Monachus & Epiſcopus, & Prædicator Friſonum. Sanctus Furſeus Monachus, Prædica-

1 Hæc ſententia ſolœciſmo laborat; ſed ſenſus eſt dilucidus.

tor

tor in Hibernia, Eaſt-Anglia, & Gallia. Sanctus Hildebertus, Monachus, miſſus eſt à Papa Bonifacio ad prædicandum. Sanctus Bertinus Abbas [1] Normenſium finibus prædicavit.

Sanctus Wilfridus, Abbas & Archiepiſcopus Eborum, Prædicator optimus. Sanctus Ceddus, cum aliis tribus Monachis, à Rege Peanda filio Pendæ, primo Mediterraneis deinde Saxonis Orientalibus verbum Dei prædicabat, & ab idololatria plures ad fidem convertit. Sanctus Cedda, germanus ſancti Ceddi, genti Merciorum & Lindisfarnenſium prædicabat. Sanctus Egbertus genti Scotorum prædicavit. Sanctus Cuthbertus, Prædicator aſſiduus. Adamnanus, Abbas Monaſterii de Inſula Hii, prædicavit & ſcripſit contra eos qui Paſcha tempore illegitimo obſervabant.

INveniuntur autem multæ Monachorum Regulæ, poſt tempora Apoſtolorum, in Sanctis Patribus antiquitus inſtitutæ, ut hic patet. Sanctus Fructuoſus, Monachus & Epiſcopus, ſcripſit Regulam Monachorum circa annum Domini CC. XL. V. Sanctus Baſilius ſcripſit Regulam Monachorum, anno Domini CCC. L. Sanctus Pachomius Regulam, quam ab Angelo didicit, Monachis tradidit obſervandam circa annum Chriſti CCCC. Sanctus Amelius Regulam Monachorum compoſuit anno Chriſti CCCC. LX. Sanctus Ferreolus Regulam Monachorum compoſuit, anno Chriſti CCCC. LXX. Sanctus Aurelianus Regulam Monachorum edidit circa annum Chriſti CCCC. LXX. VIII. Sanctus Eugippius, Abbas, edidit Regulam Monachorum, & Joannes Gerundenſis aliam, quas [2] Iſidorus in libro de Viris Illuſtribus multum commendat & approbat. Vigilius, Diaconus & Monachus, ſcripſit, juxta Gennadium, Regulam Monachorum. Sanctus Auguſtinus Ordinem Canonicorum & Regulam conſtituit circa annum Chriſti CCCC.

Sanctus Pater Benedictus Regulam Monachorum edidit circa annum Chriſti D. XVI. Bruno Ordinem [3] Carthuſiæ

1 Sic *MS.* Neſcio an legendum Noviomenſium. 2 Yſodorus, *MS.* 3 Carcuſiæ, *MS.*

Digitized by Google

thuſiæ inſtituit anno Chriſti M. LXXX. III. Robertus, Abbas Nigrorum Monachorum in Burgundia, Ordinem [1] Ciſtercienſem inſtituit Anno Chriſti M.XC.VIII. Northbertus Ordinem Præmonſtratenſium inſtituit anno Chriſti M. C. XX. Hoſpitalarii & Templarii inceperunt anno Chriſti M. C. XX. Sanctus Gilbertus Ordinem de [2] Simplyngham inſtituit anno Chriſti M. CC. XL. VIII. Sanctus Dominicus Ordinem Prædicatorum inſtituit anno M. C. XC. VIII. Sanctus Franciſcus Ordinem Fratrum Minorum inſtituit Anno Chriſti M. CC. VI. Ordo Fratrum Carmelitarum confirmabatur per Honorium III. Innocentius tertius confirmavit Ordinem Fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini, dans eis Regulam Nigrorum Canonicorum.

ISTA præſcripta de diverſis Opuſculis & Chronicis excerpſit quidam MONACHUS DE CLAUSTRO SANCTI EDMUNDI, Regis & Martyris, ut VIDEANT noſtri temporis MONACHI quam glorioſos fecerit Deus illorum Patres ac Inſtitutores; qui ſcriptis ſuis & doctrinis, ſignis & miraculis, gentium converſione, Fidei crebra prædicatione, ac ſanguinis ſui effuſione mundum illuminant, eccleſiam roborant & confirmant. Horum exemplis jam Monachos illuſtret, meritiſque ſanctiſſimis in bono confirmet Chriſtus Jeſus, Monaſticæ profeſſionis Auctor & Amator, Amen.

1 Ciſternenſem. 2 Sic, MS. Vulgo, Sempringham.

FINIS.

Digitized by Google

HYPERCRITICA;

OR

A Rule of Judgment for writing, or reading our Hiſtory's:

Deliver'd in four Supercenſorian Addreſſes, by occaſion of a Cenſorian Epiſtle, prefix'd by Sir *Henry Savile*, Knight, to his Edition of ſome of our oldeſt Hiſtorians in Latin dedicated to the late Queen *Elizabeth*.

That according thereunto, a compleat Body of our Affairs, a *Corpus Rerum Anglicarum*, may at laſt, and from among ourſelves, come happily forth, in either of the Tongues. A Felicity wanting to our Nation, now when even the Name thereof is as it were at an End.

BY

EDMUND BOLTON, Author of

Nero Cæſar.

Now firſt publiſh'd by *ANT. HALL*.

OXFORD, M.DCC.XXII.

Digitized by Google

Domus Juriſconſulti eſt totius oraculum civitatis. *Cicero.*

Digitized by Google

Juriſconſulto Summo,

SAMUELI MEDO,

Viro Ingenio Doctrina & Virtute celeberrimo,

Hæcce *HYPERCRITICA*,

Summa cum Obſervantia,

Dicata & conſecrata

eſſe voluit

Ant. Hallius.

Digitized by Google

Digitized by Google

PREFACE.

